qua damnati ſolent eos videre nõ poſſet viuere ſed ſtatim
moreretur. Unde Grego. dicit de Criſoſt. ꝙ cũ infirmaret
vidit multitudinem ſibi aſtãtium qui cepit altius clamare
Inducias vſ ꝫ mane. Et cum hec verba diceret vertit ſe
huc atqꝫ illuc ne videret illos demones. et prenimio timore
vehementiſſime conturbatus ſtatim moriebatur. ¶ Ecce
mi frater quaꝫ horribiles erũt in afflicto qui taliter occidũt
ſolo ſuo aſpectu. Naꝫ talis ꝯſiderato penaꝝ infernaliũ fecit
quẽdam iuuenẽꝫ delicatum ⁊ filiũ comitis intrare religio
nem ⁊ ſanctaꝫ obſeruantiã ordinis pdicatorũ. Deinde parẽ
tes miſerũt ad eũ pedagogum ſuũ ſolẽnem mgr̃m vt pſua
deret ſibi egreſſũꝫ anteꝙ ꝓfiteret dicens. Delicate nutritus
es et non poteris ſuſtinere rigorẽ ordinis. Qui rẽſpõdit. Ve
nerabilis magiſter ꝓpter hoc intraui qꝛ ſciui me delicatuꝫ
et aſperitates nõ poſſe ſuſtinere. Cogitans apud me ſm qđ
audiui predicare ꝙ pena inferni ſit maxia nimis. ⁊ mihi ĩ
tollerabilis. et ideo elegi mihi pocius hanc ſufferre penã or
dinis. ꝙ illũ infernalẽ ſuſtinere cruciatum. Naꝫ ſcriptũ eſt
Job vi. Qui timet pruinã irruet ſup eũ nix. ¶ Exempluꝫ
Hãc igiẽ magnitudinẽ penarũ vidit quidã miles de quo
ſcribit. Beda in geſtis anglorꝝ. ꝗ tpe Cõſtantini. Junioris
quidã miles defunctus eſt. circa ãnos dñi. ccc. vi. Qui poſt
modũ vite eſt reſtitutus penis igitur territus quas vidit. fu
git ad heremũ fecitqꝫ cellã iuxta quendaꝫ fluuium in quo
veſtibus indutus ſepe balneabaẽ pmittens veſtimenta ad
carnẽ cõgelari. poſtea vero balneũ calidiſſimũ intrauit ⁊ ſic

cōtinue fecit quouſqȝ moreref. Et cū de iſto facto a viden-
tibus argueref. taliter reſpōdebat. Si vidiſſetis ea que ego
vidi eadem vel maiora mecū faceretis. Nā ſm grego. ſup
Job. Super omīa prouocat cōpunctōem viſio pene infer-
nalis. et perduratō eius eterna. Naȝ poſito ꝙ eſſet lapis de
arena tam magnꝰ vſqȝ ad octauā ſperam. ꝛ poſt mille an
nos vna arenula ſiue vnū minutiſſimū granū a dicto lapi
de tolleref donec totus lapis ad nichilū redigeref. an tunc
eternitas pene terminaref. Reſponderf ꝙ nō. ſed vix eſſet in
choata. Nam finiti ad infinitum nulla eſt ꝓporcio. vt dicit
phūs. viij. phicoꝝ. Hec etiaȝ eternitas pene infernalis ꝛ cō
ſideratō eiuſdeȝ auertit falconē marſilieñ. ¶ De quo nota
exemplū. Qui cū eſſet excellens ioculator ꝛ vanitatibus ſe
culi deditus ſemel cepit cogitare de eternitate pene gehēna
lis et dixit in corde ſuo Si tibi ꝓponeref vt in aliquo molli
lecto ꝛ bene ſtrato iaceres. et nulla neceſſitate cogēte recede
res tu nullo mō poſſes ſuſtinere. quomō ergo ſuſtinebis ſem
piternā ꝛ infernalem penaȝ. Hac cōſideratōe ꝑterritus reli-
quit omīa ꝛ factus eſt ꝓbatus monachus. ꝛ poſtea factus
eſt epiſcopus. theſoſanus ꝛ vir eximie ſanctitatis. Hec om
nia ſcribo tibi frater vt ꝛ tu facias ꝛ saluꝰ eris. peccaſti qui
eſce ſicut ꝑcepit dñs. Et incipe zelare pro domo domi ſmo
ne ꝛ opere qđ valde magnū ē. Vñ Richardꝰ ď ſancto vic
tore. Neſcio ſi poteſt homo a deo in hac vita aliquid maiꝰ
accipere ꝙȝ vt eius magiſterio ꝑuerſi homīes in melius ver
tentur. vt ď filijs dyaboli dei filij efficiant. An tibi forte ma
ius videf mortuos ſuſcitare. Nō certe in infinitum plus eſt
animas ad ymaginē dei creatas ſuſcitare. vt cū ſuo creato
re ineternū viuant. Idem Richardꝰ ſic ait Abſqȝ dubio ni
hil ſic placeat deū ſicut zelus animarū. D ꝙȝ multas creatu
rarū virtutū habūdancias aliqui ex dei gracia ſuſceperūt
et hūc zelū accipere nō potuerūt. Quā multos videmus ho
die ſpiritu pauperes. ſpe gaudentes. caritate ferūētes mul-

tũ abſtinẽtes. ſupra modũ paciẽtes. ad zeluz aũt animarũ
nimis tepidi et torpẽtes. Alij quaſi ad cuſtodiam humilita
tis delinquẽtes increpare nõ pſumunt. Alij ne fraternam
caritatez pturbare videãtur peccãtes arguere metuũt. Et
ſic diuerſimode nõ zelantes. pro domo dei. recipientes ange
lum tenebrarũ p angelo lucis. omnia que ſunt ſua queren
tes nõ que Jeſu criſti. Si eñ epiſcopus debitũ honorẽ non
recipit a preſpitero. Aut preſpiter a dyacono. aut dyacon⁹
a lectore iraſcitur ⁊ pturbat. Si aũt viderit epiſcopus pre=
ſpiterũ aut preſpiter dyaconũ circa obſequiũ eccl'e non per
manẽtez. aut ſubditos ſuos peccantes in deum. neqz iraſci=
tur neqz curat quia omẽs de honore ſuo ſunt ſoliciti. de ho=
nore aũt dei pauci. Si populus decimas nõ obtulerit mur
murãt omẽs. Et ſi peccantez populuz viderint nemo mur
murat cõtra ipſos. quid eſt ergo ꝙ ceteri homĩes cuiuſcũqz
ſtatus nobis infeſti ſunt Certe non poſſumus dicere ꝙ hec
ſit cauſa ꝙ filij hui⁹ ſeculi pſecunt nos tamquã filios lucis
ſicut videlicz yſmahel. yſaac pſequebat. ⁊ eſau iacob. quia
nõ ſumus filij lucis ſed tenebrarũ qr nõ lucẽt opa noſtra Mat. 5
corã hominibus. vt glorificẽt patrez noſtrum qui in celis eſt
ſed male agentes lucez odimus. Nõ ſumus iſaac quia noſ
ipſos repromiſſione fraudam⁹. Nec ſumus iacob. quia dy
aboluz nõ ſupplãtamus. ſed potius coadiutores eius ſum⁹
Quã ergo cauſaz allegabimus qre ſeculares ſunt nobis
infeſti. Nõ occurrit nobis alia cauſa niſi qr tranſgreſſores
legis ſumus nec eã in corde diligimus. nec eam in ore vt p
dictuz eſt predicam⁹ nec etiaz eam ope adimplem⁹. ⁊ſic ab
utimur ſacerdocij dignitate. Nõ hoc ſit verũ attẽdite quid
ſcribit. Mala. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcienciam et le
gem requirunt ex ore eius qr angelus dñi exercituuz eſt Ubi
mox ſubditur. Uos autez receſſiſtis a via. et ſcandaliſaſtis
plurimos in lege. Irritum feciſtis pactuz leui dicit domi⁹
exercituuz. Propter quod dedi vos contẽptibiles et humi=



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

les omnibus populis. quia polluiſtis ſanctuaria mea ⁊ hec
tam bene cōſiderat ſicut in alijs. Nā qui deberent eſſe tem=
pla ſpiritusſancti fecerūt de ſeipſis ſpeluncas latronū ſeu de
monū. Ubi em̄ maior emulato peccatorum niſi in ſacerdo=
tibus. qui nō ſoluꝫ in ſe omni iniquitati ſunt pleni. ſed etiaꝫ
alijs ſunt occaſio peccādi. et ruine eterne dānatōis. Quod
bene deſignauit dominꝰ cum defleret ciuitatem iheruſaleꝫ
lc. 19 Naꝫ mox intrauit templū et corripuit ſacerdotes ⁊ eorum
expulit negotiatores Ac ſeicienſ vendentes ⁊ emētes dice
ret. Uos feciſtis errare populuꝫ meū. Uos eſtis caſus illoꝝ
quia non fuiſtis ſolliciti de amore ⁊ ſalute eorū ſed de obla=
tionibus et auaritijs veſtris ſolliciti fuiſtis. Ex quibꝰ vna
cū populo in ſuperbia ⁊ laſciuia et voluptate viriſtie. Si=
cut et nūc ſacerdotes ſibi inuicem in iniquitate cōgregant
Nūc in adulterijs fornicatōibus. Nunc in inceſtibus car=
nalibꝰ nunc in mulieruꝫ amoribus. nunc in cōcubinarū
cohabitatōibus. in oſculis. in amplexis. et in meretricū con
mercijs. Et ſic in talibus peccatis ſtātes diuinis ſe ingerūt
grauiſſime peccātes. quia deū ſuuꝫ crucifigunt. ⁊ eum in fe
tidiſſimas cloacas corpoꝝ ſuorū proiciūt in eternam dam=
natōneꝫ animaruꝫ ſuaruꝫ. Nunquid iudas in tantuꝫ pec
cauit. Certe nō. quia Iudas criſtum ſemel tradidit. poſtea
nimis doluit. Et penitentia ductus laqueo ſe ſuſpēdit. deſpe
rans de dei miſericordia. in quo plus deū offendit. q̄ꝫ in eius
traditōe. quoniā ſi veniaꝫ queſiſſet veniaꝫ vt petrus apud
deuꝫ inueniſſet. Noſtri aūt ſacerdotes precipue qui ſunt for
nicarij. aut aliū de luxurioſi. tabernarij. Luſores. ſymonia
ci. proprietarij. ac in alijs peccatis mortalibꝰ celebrāt ꝺ qui
bus nō ſunt abſoluti quāuis decies illa ſint cōfeſſi quia nō
vere cōtriti. interim ꝙ ꝯcubinarij ſuas mulierculas in do
mo vł alibi retinēt proprietariꝰ ſua ꝓpria. Symoiacꝰ ſuū
beneficiuꝫ quod per ſymoniā acquiſiuit. Et eſt vere lamen
tabile quid et magnū maluꝫ. Nā ſtat preſpiterum ad tri=

gīta annos aut plus eſſe cū cōcubina. aut religioſum in
monaſterio. cū ꝓprietate ſua ⁊c. cui in tot annis non eſt di=
miſſuȝ minimū etiam peccatum quociens eſt cōfeſſus. etiā
ſi pape fuiſſet confeſſus. quia de peccatis omnibus non eſt
contritus. et quia deus gratiam ſuam nō diuidit. vt etiam
ſuperius habes. Et ſic tales quociēs celebrant. tociens ſibi
penam quā ſuſtinent Cayphas ⁊ pylatus augmētant. O
mi frater cordintime attende ſi nihil aliud ī ſacra ſcriptura
quod cor tuū indnratū molliciet ad reiciēduȝ a te tuam da
lidam et omneȝ aliam peccandi occaſioneȝ. Merito verba
beati Augu. omni memoria digniſſima deberēt cor tuū ad
veram cōtritōem emollire. Et hec ſunt verba beati Augu
ſtini. Nallem ſuſtinere penam Cayphe. Herodis ⁊ Pylati
quam penā ſacerdotis indigne celebrantis Modo īdigne
celebrat omnis qui ſcienter in peccatis mortalib⁹ celebrat.
Et ſunt omnes ꝓprietarij. concubinarij. luſores ī cartis ⁊c̄
O mi frater. quotiēs tibi penas iſtoꝝ trium damnatorum
in vigintitrib⁹ annis acquiſiſti interim quo tuā cocubinā
poſſediſti. certe totiens. quociens interim celebraſti O mi de
us ꝙ̄ꝫ profunde tuā animaȝ in ꝓfundū baratri eterne dam
natōis dimerſiſti. Nec mireris ꝙ ſanctus Auguſti. talia di
cit verba Judas em̄ ſemel indigne cōmunicauit. et in eum
ſathanas intrauit. In iſtos etiā quociēſcūqȝ ſumūt intrat
⁊ eos poſſidet quia ſibi iudiciū manducāt. et bibunt non di
iudicātis corp⁹ dn̄i. a cibo ꝓphano et immundo. Sicut do 1 Cori, 11
minus cōqueritur per Ezechie. ꝓphetam. ca. xxij. dicēs. In
ter ſanctū ⁊ ꝓphanuȝ nō habuerunt diſtantiam. inter pol=
lutum ⁊ mūdum nō intellexerunt. Ve ebrietatibus ſacer=
dotū et tabernas frequētantibus qui peccāt de mane vſqȝ
ad veſperaȝ. ⁊ eſtuant vino vbi reſonat cythera. lyra ⁊ tim
panū in conuiuijs eoꝝ ⁊ opus dn̄i non reſpiciunt. Ve ve ve
quia nō ſufficit talib⁹ ſacerdotibus ebrietati deſeruientib⁹
vt hic damnent̄ ſiue cōmunione priuent̄ corpis ⁊ ſangui=

nis dominici. vt dicit in canonib⁹ apoſtolorū Sed vt bi-
bant de vino ire ⁊ repleant amaritudine fellis ⁊ inebrient
abſintheo et fletu ⁊ ſtridore dentiū ſine fine. ꝓpter quod di-
citur yſa. v Infern⁹ apperuit os ſuū. abſq; vllo termino. qꝛ
nō ſolū ipi ſed etiam eorū ſubditi damnantur ſicut ibidem
dicit. Propterea captiuus ductus eſt populus meus vide-
licz in infernū ſicut populus iudaicus in babilonē. quia nō
habebāt a ſuis ſacerdotibus ſcienciam. qui potius ſtudent
in delicijs quā in oratōne et opere ꝑdicatōnis. Et qui poſiti
ſunt hominū paſtores hy ſtudent ipſi⁹ dyabuli eſſe venato-
res. In ſignū cuius paſcunt canes niſos et accipitres. qui
paſcere deberent corporaliter et ſpūaliter pauperes et criſti
fideles. Cū ſcriptū ſit. Nolite ſanctum idest criſti patrimo-
niū dare canibus. ſed pocius ſanctis in quibus eſurit cri-
ſtus. Vnde iero. Eſau venator erat. quia peccator erat. Et
penitus in ſcripturis ſanctis nō īuenimus aliquē ſanctū fu-
iſſe venatorē. Sed heu quid nam dicaz. Quidam venant
feras in ſiluis. quidam vero feminas in coreis. O quāta in-
ſania ſacerdotū neſciūt miſeri qꝛ quot ſaltus faciūt ſurſū
tot ſaltāt paſſus in infernū. nō ducūt chorū angelorum. ſi-
ue criſti ad dexteram in eius iudicio collocādas vt cum eis
audiant. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnū qd vo-
Mat, 25 bis paratū eſt ab origine mūdi. Sed ducunt chorum dya-
bolicū ſiue hedos fetentes in luxuria ad ſiniſtrā vbi cū eis
audiant. Ite maledicti in ignē eternū. Sicut quondā fece-
runt romani ⁊ ꝑcipue ſacerdotes ydolorū ydolatrātes co-
ram ydolis ſaltabāt ⁊ ſe incuruabāt flectētes multiformi-
ter genua ſua et mēbra vt ydola ad miſericordiaz ꝓuoca-
rent. Sic nūc ſacerdotes in dedicatōe eccleſiarū ſaltant vt
ydola idest meretrices ad ſui volūtatez et laſciuiā implēdā
inuitent. O mi frater nō ſufficio de vobis ſacerdotib⁹ am-
mirari ꝙ tam negligētes eſtis ad reſiſtendū vicijs et preci-
pue peccato luxurie cū tamē nō ſit vicium quod vos ita de

honeſtet et animā veſtraȝ denigrat ſicut luxuria. Nā ſi pre
ſpiter ſit auarus. vſurariꝰ. guloſus ꝛc. ſolū nō ſit luxurioſꝰ
tunc ab omnibus homībus habetur ſanctus et honeſtus
Si vero de aliis viciis ē innoxius ſed vacet ſolūmodo lux
urie cōtempnit ab omnibus homibus tanq̄ preſpiter vi-
cioſus. Cū tamē vos viri ſitis ideſt viriliter pugnātes con
tra mūduȝ. carnem ⁊ dyabolū et cōtra omnia vicia. Sed
mulier dicit quaſi mollis aer. Et tamen repiuntur mulie-
res quod in maximaȝ dico cōfuſionē veſtrā qui inuincibi
liter pugnāt cōtra omnia vicia et cōtra carnis immūdici
am ⁊ p̄cipue luxuriā vſq̄ ad mortem qua ꝑpter tibi ⁊ om
nibꝰ ſimilibus ſacerdotibus et hoc in erubeſcentiā omniuȝ
veſtrum ſcribaȝ de vna matrona legittima de qua ſcribit
beatꝰ Augu. in libro de ciuitate dei ſic dicēs ¶ Erat quedā
mulier romana nobiliſſima moribꝰ et gratia nomine Lu-
crecia. vxor Collatini. qui cū vna die cū filiuȝ Torquini im
peratoris nomīe ſextum ad caſtruȝ ſuū inuitaſſet. Sextus
vero mox captus pre pulchritudine illiꝰ mulieris Lucrecie
Et tn̄ non fuit auſus quicquam deſiderare. ſed expectauit
tempus oportunuȝ quo impator ⁊ vir mulieris de Roma
recederēt in negociis imperii tunc ipſe mox eſt ad caſtrum
reuerſus. et ibidem peruocauit non vt hoſpes ſed vt hoſtis
cubiculū lucrecie intrauit ⁊ euaginato gladio eā vi turpi-
ter o ppreſſit. ⁊ ſic mox receſſit. Cōtigit vna dieruȝ vt illa ſic
violenter oppreſſa pre dolore patrē et mārituȝ. ⁊ vnuȝ con
ſuleȝ imperatoris amicū ſuum vocaret. et coram omnibus
dixit. Vir p̄amaude noueris veſtigia viri alterius fuiſſe in
lecto tuo. ⁊ narrauit rem geſtā. Et ſubiunxit. Verūtamē li-
cet ſit violatū corpus meū inocens eſt tamē animus meus
Et ideo ſalua me a culpa nō tamē a pena. Et ſi aliqua mu
lier velit capere exemplū a mea culpa nō negligat etiaȝ ca
pere exemplū de mea pena. et ſic gladio occulto ſuo clamide
ꝓpria manu tranſfixit ſe. propter immenſuȝ doloreȝ quem

habuit de tali turpi actu Quo facto amici eiꝰ gladio arrep
to iurauerunt per ſanguinem Lucrecie oportet progeniem
Torquini imꝑatoris eici de roma ne in futurum regnet in
ea quod ⁊ fecerũt. Naz corpus eius Rome ad iudicium de=
ferunt. et ſeditõem magnã in populo excitant. et torquinuz
ſuperbum imꝑatorem exulare compellunt. Sexto ſilio ei=
us criminis auctore interempto. O mi frater Cõſidera ma
gnam triſticiã huiꝰ mulieris de iſto nephãdo actu in quo
tamen nõ peccauit quia ſcriptũ eſt. Omne peccatum a deo
voluntariũ eſt ꝙ ſi nõ eſt voluntariũ non eſt peccatum. et
tamen a crimine ſe puniuit. propter nephandum actum. O
mi frater vbi eſt pugna tua et omniũ aliorũ concubinario
rum contra omnes actus luxurie et alioꝝ peccatorũ. Cum
tamen eſſe deberitis ſanctiſſimi inter omnes homĩes q̃ ex=
cellentiſſimi et digniſſimi eſtis inter cunctas creaturas vt
ſupra patuit. Si vero veſtram excellẽciaz ⁊ magnaz digni
tatem bonis et virtuoſis operibꝰ et verbis non decorabitis
tũc in dubitãter dimerſi eritis in ꝓfundũ maris. ſcz infer=
ni ſub omnibꝰ paganis. iudeis. et malis criſtianis. q̃ eſtis
oleo ſanctificatõnis vncti. Ideo vehementius ardebitis in
flamma iehennali. quia benedictõem noluiſtis ⁊ elõgabit̃
a vobis. et veniet ſuꝑ vos eterna maledictõ. Rogo mi frat̃
Vnde hoc ꝙ verecũdant̃ vocari ſacerdotes quidaz tonſu
ram nõ deferũt. quidaz coronam abſcondũt. quidã tyntin
nos ex capillis ſuis extorquent. et incriſpant. quidaz nitorẽ
habent in facie vt meretrices fucate. quidã reſplendent in
veſte vt babilonis filie. vt ſepulchra foris dealbata. intrinſe
Mat, 23 cus aũt oſſibꝰ mortuorũ plena. et tales decorati ſunt ab ex
tra. intus vero pleni ſunt fetore et luxuria. quidã vero ince=
dũt nodati ⁊ ſtricti. anguſtiati intãtũ ꝙ tunica ſtrictior ſit
cute. ſiue vẽtre ⁊ mltũ breuis. Nõ alia cauſa oĩm iſtoꝝ ẽ niſi
q̃ ſt luxurioſi. itẽ q̃dã ornãt eq̃s ſuos ĩ frẽis ſellis. calcari
bꝰ militaribꝰ ſeu ſclaribꝰ armis ⁊ veſtibꝰ ꝙ vix notari poſ

ſunt. an ſint milites dyaboli an criſtiani. Quidã vero cin-
gulos aureos. argẽteos ⁊ ſericos deferũt. quidã ocreas pe
dibus ſic diligenter adaptant ne alique ruge appareãt Et
ſic calceos ſiue ſotulares ſtrictos deferũt. ⁊ roſtratos vt ocu
lis hominũ et pcipue mulieribus placeant. Cũ hec omnia
niſi ex ocio quia non ſtudent. nec orant. nec predicant. Cer-
te ſi criſti patrimoniũ vndiqꝫ male expendimus ſicut illud
diuerſimode male acquirimꝰ Alius namqꝫ turpe loquitur
Alius turpe lucra ſectaṫ alius exercet vſuram. Alius com-
mittit ſymoniam. Unde de his omnibus ait beatus. Jero.
Negociatorem clericũ de ignobili nobilem. de paupere di
uitem fecit. furtiue ad beneficia intrant. nõ per oſtiũ verita
tis. ſed per mẽdacia falſitatis ſiue ꝑ falſas ꝓmotiones. ſiue
etiam per falſos titulos. ſiue falſas litteras. Alius vero per
amicorũ interceſſiones vbi non propter deũ ſed ꝓpter car-
nem ⁊ ſanguinẽ amiceum tribuũt beneficia. Alius ꝑ cupi
ditatem. et nõ recipit ſacerdotiũ aut beneficium vt deo ſer-
uiat. ſed vt ditetur et ocietur. Alius aũt cũ Jezi vẽdit ſpiri-
tuſſancti gratiã. vẽdendo ſepulturaꝫ ⁊ res ſacras. et ſacra
menta. vel in iniũgendo penitentias quadragenas. ſiue pere
grinatões vt pro eis comodũ accipiat ſcꝫ pecuniã Aliꝰ au
tẽ cũ ſymone emit ſpũꝫ ſanctũ ſiue ꝓ ordinibus vl' bñficijs
curatis ⁊ nõ curatis. Sed quãta ſit iniquitas ſymonia ne
ſciunt. cũ cetera a peccata in cõparatõe ſymonie pro nihilo
reputenṫ. Et quicquid ex auaricia cõgregãt. in luxuria ex
pẽdunt vel potiꝰ in alea ſiue taxillis ⁊ cartis. Quãta ſit il-
lorũ maledictꝰ nõ facile cognoſciṫ. qꝛ ibi mẽdaciũ. ibi per
iuriũ. ibi blaſphemia. ibi lites. ibi homicidia. ibi cetera vicia
ſine numero. Rogo te ſacerdos tu luſor qđ eſt lucrũ tuũ in
taxillis ⁊ cartis. Si lucraris reſtituere teneris ſaltẽ pauperi
bus dãdo quia male acquiſitũ tenere non poteris. Si ꝑdis
tibi nõ reſtituiṫ qꝛ indignus es recipere qđ ⁊ peſſima volũ
tate deo cõtraria ꝑdidiſti. Poſtremo nõ ẽ pars tibi in here-

tate dominī.nec in domīcis ſacramētis.vt dicit̄ in canoni
bus apoſtoloꝝ.Epiſcopus aut preſpiter.aut dyacon⁹ alee
aut ebrietati deſeruiens.aut deſinet aut certe deponit̄. Sub
dyaconus aut lector.aut cātor.aut pſalmiſta ſimilia faciēs
aut deſinat aut cōmunione priuet̄. Cur hoc.q2 omīs luſor
ſi lucrat̄.lucratur infernū Si perdit.ꝑdit celeſte regnū
Sūt ⁊ alij ſacerdotes q̄ bona ſua hyſtrionib⁹ tribuūt vt
laudētur ab ipis de quib⁹ pſalmiſta loquit̄ Laudat̄ pecca
psal ix tor in deſiderijs anime ſue.⁊ iniquus benedicit̄. A quibus
aūt ſit hoc certe nō ab āgelis vel a ſanctis vel a ſenſatis ho
minibus.ſed ab hyſtrionib⁹ vbi ſimilis ſimilem ſibi laudat.
Sūt ⁊ adhuc alij ſacerdotes ⁊ clerici q̄ ſacramētis abutūt̄
in cōiuratōibus ⁊ in cōmutatōibus. vel in ſortilegijs.vel in
ſuis nouis aut primis miſſis.et hoc amore mulierū vt pe
cunia cōducti ¶ Prio cingunt ſe cīgulis ad ſupſtitōes faci
endas. Itē ſunt qui ſuperbunt cōtra febres aut alias infir
mitates hominū ſeu aīaliū caracteres vl̄ figuras cū ig=
notis nomibus ſupponunt aut hoſtiā.aut cedulam. Scri
bunt autē ſic. Iheſus autē trāſiēs ꝑ mediū illorū ibat.
Lutū fecit dn̄s ex ſputo ⁊ liniuit oculos ceci ⁊c̄ Et hoc ſolū
Joh 9 quādo tale euāgeliū legit̄ i eccl̄a ⁊ nō alio tp̄e.ac ſi illa v̄
ba euāgelij nō valerēt alio tempore ſcripta.nec tunc quan
do legit̄ euāgeliū et hoc eſt ſuperſtitioſū. Vel faciunt cru
ces in die palmarū quādo paſſio dn̄i noſtri Iheſu criſti le
gitur.et ſic de alijs multis. Sacerdotes q̄ has ſupſtitiones
vel ſupſtitioſa faciunt vl̄ permittunt fieri ſciēter.⁊ non ꝓhi
bēt vt dicit.Grego. Non ſunt ſacerdotes domini nr̄i iheſu
criſti.ſed Belial arioli nō criſtiāi.nec ꝓſpiteri. Ecce quomō
ꝯtra altiſſimū deū leuam⁹ calcaneū etenī cōmedētes de
menſa ipſi⁹ panē et vinū idē ſt corpus ⁊ ſanguinē Iheſu
criſti ſumētes de quolibꝫ noſtrū dicat̄ illud ps̄.homo pa=
cis mee in quo ſperabā.⁊ qui edebat panē meū magnifi
cauit ſuꝑ me ſuꝑplātatōē Et iterū. Qui mecū dulces ca

pīebas cibos leuaſti calcaneum cōtra me. Et ideo ſequitur
durissimū verbū in omēs criminoſos ſacerdotes. Veniat
mors ſuper illos et deſcendant in infernū viuentes. Quare
hoc. quia cōtempſerūt legē meā. ⁊ polluerūt teplū ſanctum
meum. videlicet corpora eorum per luxuriaꝫ. O mi frater de
hoc dicam tibi grande exemplum. et hoc volue. ⁊ reuolue in
animo. Unde etiaꝫ ortuꝫ habuit religio carthuſienſis. quod
cū magna cōpaſſione audire debes. ſicut patres narrauerūt
nobis. ¶ Quod fuerit magnꝰ doctor et preſbiter. regēs ac
tu pariſius in theologia magni nomīs atqꝫ fame. ſed lubri
cus atqꝫ peccator. qui ad vltimū vite productus ē terminū
amiſſione tanti viri vtpute. tam magiſtri ꝙꝫ alij clerici vni
uerſi pariſiꝰ non modicuꝫ cōtriſtabantᷣ. Ad cuiꝰ obſequias
vt moris eſt cōuenerunt Omnibus igitᷣ ꝗ ad exequias per
tinebant honorifice ⁊ rite pactis peruentū ē ad hoc vt defū
cti corpus poni deberet īſepulchro Circūſtantibus aūt. cle
ricus qui defunctꝰ erat clamauit dicens Juſto dei iudicō ac
cuſatus ſum. Qd̄ audiētes dicti clerici et ſacerdotes ⁊ mgr̄i
nō immerito ſtupefacti. inito cōſilio retulerūt corpus ī eccle
ſiaꝫ in craſtinū reſeruātes. Sequenti die exequijs iterū cele
bratis dū vellent corpus ponere in tumulū iteruꝫ clamauit
mortuus. Juſto dei iudicō iudicatus ſum. Tūc magis ac
magis admirati dicti mgr̄i ac ſacerdotes cōquerētes inter
ſe quid facere deberēt. dixerūt ꝙ iudiciū poterit ſonare in bo
nū vel in maluꝫ. Unde fuit cōmune cōſiliū omniū. vt eciaꝫ
vſqꝫ inſequētē diem qui defunctus erat intumulatꝰ ſerua=
retᷣ. qd̄ factuꝫ eſt Diuulgato igitᷣ predicto ꝑ rumore ſequēti
die venit pene vniuerſa ciuitas. ⁊ cū ponerēt mortuū in ſe=
pulcro prepato clamauit iterū ⁊ tercio dicēs Juſto dei iudi=
tio cōdēnatus ſuꝫ. Dicti igitᷣ mgr̄i audito hoc verbo tra=
tatu habito diligēti dixerūt eū eſſe dānatū Erat aūt tūc tē=
poris quidaꝫ canonicꝰ Renēſꝫ magiſter in theologia noīe
Bruno magne ſanctitatis ⁊ ꝓfundi ingenij. Quia atte de

rem conſiderans vocauit quoſdam de ſcolaribus ſuis ſecre
te et ait illis. Ecce videte cariſſimi ꝛ aſcultate quid agere de
beamus. Si homo tante ſciencie tāte vite ꝛ fame dicit ſe ac
cuſatū iudicatū ꝛ cōdemnatū. quid nos miſeri peccatores
ſperare debem⁹. Ipſi vero ſcolares q̄s vocauerat dicebant
Magiſter in omnib⁹ parati ſumus tuo acquieſcere cōſilio
Ait mgr̄. Conſulo nobis omnib⁹ vt fugiamus mundū. et
omīa que mūdi ſunt et habitem⁹ ī ſolitudine. Juxta illud
ps. Ecce elongaui fugiēs et manſi in ſolitudine. et recipia-
mus ordinē penitētie ꝛ ſecuritatis. Et addidit etiā. Eſt qui
dam epūs ſanctus in partib⁹ burgūdie in ciuitate Grano
politana. vbi in eius epiſcopatu ſunt loca deſerta et pene in
acceſſibilia eam⁹ ad eū ꝛ eius cōſilio omīa faciemus. Vene
runt ergo ſeptem illi viri vnanimes et vni⁹ volūtatis Cū
vero intraret predictaꝫ ciuitateꝫ accidit vt vir ſanctus ſcꝫ
epūs obdormiret in camera ſua. viditqꝫ in ſomnis Et ecce
ſeptem ſtelle cadebant ante pedes eius. et poſtea aſcēdebant
per diuerſos mōtes. et multa deſerta vſqꝫ ad locū quendaꝫ
horribileꝫ valde et ab hominibus ſemotū ſteteruntqꝫ ibi. Vi
gilāte aūt dicto epiſcopo et de viſione ſtellarū cogitante. ad
eſt magiſter Bruno cū ſocijs ſuis. Cadētibus aūt p̄dictis
ſeptē viris ad pedes eius cōferebat in corde ſuo de ſepteꝫ ſtel
lis. Nā iſti etiaꝫ ſeptem erant viri qui iacebant. ad pedes ei
us. Alleuabat aūt eos benigne deoſculās eos. Et inquiſita
cauſa dicit̄ intellecta quare veniſſent dixit ad eos Scio lo
cū veſtrū vobis a deo paratuꝫ. ꝛ duxit eos nō ſine grādi la
bore in locū vbi ſteterūt ſepteꝫ ſtelle. Et ait. Ecce loc⁹ veſter
Ibi igit̄ ip̄o epiſcopo ſancto iuuāte ceperunt edificare pri-
mam domū Carthuſienſ ordinis. que dom⁹ carthuſia ve
ro nomīe nūcupatur. Et ſic frater preamande fugiam⁹ de
hoc mūdo et ſepeliamur in ſancta religione et obſeruancia
regulari. Ibi homo viuit puri⁹. quieſcit ſecurius. morat̄ fre
quentius. cadit rarius. reſurgit facilius. incedit cauci⁹. ro

ʒitur cõfitenti⁹. purgator citius. premiat copioſius. et non ē vita in toto mūdo tā apta ꝛ ſecura ad apprehēdēdū premiū eterne felicitatis ſicut obſuãcia reglaris. Et hoc d. vi. c

Dehis qui peruerſa intencione acquiruntur ſibi beneficia eccleſiaſtica. Ca. vij.

QUid ergo dicemus qui peruerſa intētione ad predicta beneficia acquirēda anhelant. vt luxurioſi atqꝫ ſplēdide et voluptuoſe viuant. alijſqꝫ pſint et dominentur et vt ab hominibus tanqꝫ honeſti habeant. et venerent ppter quod nullam curā habēt. neqꝫ cōſcienciā. quibus dolis aut quib⁹ fraudibus. pce vel muneribus. mēdacijs vl' detractōibus. falſis teſtimonijs violētijs aut in iurijs beneficia acquirūt. dūmodo valēt poſſeſſiones beneficioꝝ obtinere non verent neqꝫ erubeſcunt proximos ſuos ledere quos beneficijs ſpoliant. aut illoꝝ locū ſibi vſurpāt. et ſic alijs preeſſe ꝛ nō prodeſſe cupiunt. Unde ſm Bern. ſuper canonica. Duz prelati ideſt rectores eccleſiarum poſſunt habere lucrū pecuniaruz nihil curant perditōem animarū. ymo propter auariciā et innumera publica mala ſcꝫ. fornicatões. vſuras. adulteria. ſymoniaz. tollerando ꝛ diſſimulādo pmittūt. Quātuz aūt malū auaricia ſacerdotū faciat in plebe Audite cū horrore. Petrus em̄ Rauaneſ ꝛ tractās illud exodi. xxxi. qd dixit aaron. Aurū dederunt mihi et pieci illud in ignez ꝛ egreſſus eſt hic vitulus. ſic inquid. O auare ſacerdos. audi. aurū tibi datū eſt. et nō habes illud de tuo patrimōio vel labore. ſed ex oblatōe fideliū. Sed acceptū auruz in ignem mittere eſt in ipi⁹ concupiſcēcia corda hominū i flāmare. Ignis em̄ ſignat ardorem auaricie. Et in hūc ignez ab eis mittit quoꝝ exemplis maxime agitur. ꝛ ardenter ardet. maxima em̄ in populo pturbatō eſt clericoꝝ auaricia. deinde luxuria ꝛ ſupbia. Propter quod ſm ſanctū Bern. In diſtricto dei iudicio iudican



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur nō ſoluz q̄ꝛ in his peccauerūt. ſed etiā ideo quia ſuis ne=
phādis exemplis rudib⁹ ⁊ ſimplicibus occaſionez peccan=
di dederūt. ꝓpter quod etiaz in hac vita corda eorū indu=
rantur ꝙ raro vel nūꝗ̄ penitent. precipue hy qui peſte lux
urie aut auaricie infecti ſunt. q̄ꝛ a nullo volūt corrigi nec
alicuius informatōem accipere. Citius em̄ decem layci vel
plures ab errore ſuo reuocant̄ ꝗ̄ vnus clericus. vl' litterat⁹
ꝑuerſe viuens. Et ideo inſenſuz reꝓbum multi tales tradū
tur. et cecitate iuſto dei iudicīo percuciunt̄. et tenebre peccato
rū obſcurant̄. vt lumē grē percipe nō poſſunt. Et de talib⁹
clericis ait beatus Augu. dicens. Maius ꝑiudiciū de⁹ ab
homībus in mūdo nō patit̄ ꝗ̄ a ſacerdotibus carentibus
ſciā et vita ⁊ ꝑcipue vita. vt ſupra habes. Itē lxxxiij. di. i. c.
Nemo vbi dicit̄. Nemo in eccleſia amplius nocet ꝗ̄ qui ꝑ
uerſe agit nomē et ordinez ſanctitatis vel ſacerdotij habēs
quia hūc nullus redarguere preſumit. ꝗ̄ turpiter clerici iā
viuant pꝫ ad oculū. Quia eſt vix tā vile officiū tam abiec
tuz opus quin reperiat̄ ſacerdos qui illud acceptet. dū vn⁹
eſt procurator. alter coquinarius. alius theolonearī⁹ vn⁹
nāꝗ̄ raptoris. alter tabernarius alter camerari⁹ vl' verna
culus vnius mulieris. Iſte diſcurrit ꝑ tabernas mēdicādo
aliter per villas seducēdo. Ille peragit negocia p̄ricipum
Alter cauſas militū. atꝗ̄ alias vilitates. et hoc tantū ꝓpter
tꝑale lucrū. Illi vero de patrimonio iheſu criſti. ac elemoſi
nis fideliū ditati ſunt in cibis. potib⁹ ⁊ veſtibus delicate vi=
uunt cū magna familia tanꝗ̄ p̄ricipes aut barones. Po=
poſe incedūt. et in vanitatib⁹ mūdanis frequēter exultāt.
omīa ſollacia ludos ⁊ deductōes ſeculares cum puellis ac
mulierib⁹ alijſꝗ̄ varijs homib⁹ q̄ſi ſibi licita exercēt. Inſu
per in culpari nolūt. neqꝫ redargui. Imo ex his honeſte cō
uerſari ⁊ ſociales vocari volunt. Et inde etiā laudari. Ac ſi
beneſicia ſint ꝓpterea fundata et eis data vt magnū ſtatū
corā homibus et dominū teneant. et in ſolatijs et vanitatī

bus ſemper viuant. Quod vtiqȝ fundatores beneficiorꝝ nō intendebant' vt ad talem abuſum redditus beneficiorꝝ expenderent. Et ꝓpter hec ⁊ his ſimilia multi laycorꝝ ab elargitōe elemoſinarū. et a fundatōne beneficiorū retrahuntur Sicqȝ viluit ſacerdociū ⁊ quottidie vileſcit. ⁊ mlti erubeſcūt clerici fieri. vel ſuos permittere clericari. et ſi clerici efficiunt. tamen ꝑuerſa intentōe hoc ſit. Nā diuites hoc faciunt ꝓpter pinguiores ꝑbendas. Pauperes vero ideo. quia leniori ⁊ meliori modo ſe nutrire poſſunt. qđ tamē maxime reprehendit beatus Gregori⁹. dicens. Si quis grad⁹ eccleſiaſticos ea intentōne vel beneficia acquirit. vt habeat inde vite neceſſaria hic ꝑuerſo ordine vult celeſtia mercari. lōge em̄ melius eſſet ſibi mēdicare aut arare vn̄ viueret. O mi deus vbi nūc ſunt funiculi caritatis. ꝑ quos antiqui prēs trahebant ad platuras. ⁊ curam animarū. omēs vero cōbuſti ſunt. Nā quantumcūqȝ difficiliores fuerūt anteceſſores noſtri. Tanto nūc ꝓmptiores ⁊ velociores ſunt moderni prēs ad ſuſcipiendū regimen animarꝝ ¶ Unde Bonauentura ſic ait. Moderno tpe regimina periculoſiſſima ſunt ꝓpter annexā ſupbiam. ꝓpter ſubditorū inſolenciā. ꝓpter regēdi imperitiem. ⁊ ꝓpter creſcendi malitiaȝ. Ex quo patet ꝙ qui ꝑlaturas aut beneficia curata appetūt magno ꝑiculo ſe cōmittūt. ¶ Reperim⁹ em̄ in ſcripturis ꝙ iſti gētiles pagani et increduli fuerūt valde difficiles ad ſuſcipiēduȝ regimen populi. ¶ Unde legit' in Cronicis ꝙ quidaȝ paganus duȝ ei oblata fuiſſet corona ⁊ veſtis imperalis reſpiciēs iſta ait O pannū magis nobilem quē felicē. quē ſiquis debite attendat quātis ſolicitudinibus ⁊ miſerijs refertus. nec iacentem ī luto tolleret. Et ideo viri timorati ⁊ boni religioſi reputāt ſe in felices. cū vocant' ad exteriores curas ⁊ dignitates ꝑlatorum. Et vere infelices ſunt. quia multis malis ⁊ periculis expoſiti ſunt magnis. ¶ Exemplū cape in cōuētu domini. In quo domin⁹ duos ꝑ ceteris exaltauit. Qui tameȝ

poſtmodum pre alijs lapſi ſunt ſcʒ. Petrum in ſpiritualibꝰ et iudam in tpalibus. ¶ Item legitur exemplum ꝙ quidā canonicus. Thuronenſ. qui intrauit ordinē ciſterciensium Poſt obitum vero ſuū apparuit in pontificalibꝰ veſtimentis. in claritate magna cuidā olim canonico ſuo ⁊ dilecto amico dicens. quia fugi dignitatē et gloriaʒ ſeculi ne epūs eſſem. Nam bene intellexi me a vobis elegi in epūm tanꝗ magis ydoneū. mō quid dicam ob hoc fecit me deus epūm paradiſi. ⁊ ecōtrario de alio epo legit. qui itrauit ſicͭ vulpis et regnauit ſicut leo. et tandē exiuit ſicut canis. Naʒ quidā deuotus homo erat in ciuitate turonēſi. qui cōſueuit venire quottidie ad matutīas. vna ꝑo nocte eſtīabat ꝙ eſſet pulſatum. et venit ante horā. et tū inuenit ianuaʒ ipius eccleſie apertā. qui intrauit et orauit retro ſtatuam ſiue colūpnam Tandem vidit lumen maximū intrare. ⁊ āgelos apportātes thronū luciduʒ et ſummū iudicem ſedentē ī illo throno. Et angelos ei aſſiſtētes Tūc venit beatus martinꝰ cū multitudine ſanctoꝝ accuſantes Epiſcopuʒ illiꝰ eccleſie d̄ multis flagitijs. Et ꝙ taʒ indignꝰ auderet occupare cathedrā beati martini. Citat ille ⁊ mox adeſt indutus pōtificalibus Sedēs in cathedra accuſatur de multis malis ſuis Ipſe vero obmutuit. quia vera erāt omnia. Tunc dn̄s iudex quaſi indignatꝰ ad accuſatōeʒ ſancti martini alioꝝqʒ ſanctoꝝ eum cū pede euertit. Et ſic iudex receſſit. ⁊ omēs ſancti cum eo. Ille aūt qui viderat mox ad domuʒ epiſcopi cucurrit. et familiam excitauit rogās vt viderent quid erga dominum eorum ageret. Qui inquirentes eū mortuū in lecto inuenerunt. quia deus euertit ſedem ſuā. et voluit illaʒ alteri meliori ſe dare. Iuxta illud eccleſia. x. Sedes ducum ſuperboꝝ deſtruxit deus. ⁊ ſedem fecit mitꝰs pro eis. ¶ O preamande frater cōſidera exitum iſtorum duoꝝ. Primꝰ fugit Epiſcopatum in humilitate cordis ſui Ideo fecit eū dominus pontificem paradiſi. Secūdus in ambitōe aſſumpſit. Et intra

uit epiſcopatum. et male ſe rexit. ⁊ peſſime vixit. Ideo fecit
eū dominus pontificez inferni. Ex quibus habem⁹ ꝙ qui
libet noſtrum caucius et fortius cōſeruat ſuam bonitatē ⁊
iuſticiam in imis ꝗꝫ in ſupnis. Imo ⁊ ſanctus Martinus
dixit de ſe. ꝙ maiorem gratiam ſanctitatis ſenſerit in ſe āte
epiſcopatū quā in epiſcopatu. Ante epiſcopatū duos mor
tuos reſuſcitauit. In epiſcopatu tantū vnū. Et hec de vij. c

## ¶ De pluralitate beneficiorum ¶ Ca. viij.

Sed de clericis qui beneficiorū habent pluralitatez
ait Bern. Omnis redditus beneficiorum pro no-
mine criſti ſunt. eo ꝙ Criſtus precioſo ſuo ſangui-
ne huiuſmodi promeruit. Ideo de illo clerici ſa-
cerdotales non debent theſaurizare. Nec cōſanguineos di
tare. Necꝫ meretrices veſtire. Nec in delicijs vel voluptati
bus cōſumere. Sed moderate ex his redditibus debēt viue
re. et ſuperfluum pie in manus pauperum ⁊ criſtifidelium
elargiri. Ac bacclarios pauperes iuuare ad magiſteriuz et
magiſtros inopes ad doctoratum ad ſancte matris eccleſie
decorē. et fidei catholice defenſionē. Nam quicquid pter ne
ceſſitatis victum et ſimplicem veſtitū retines. tuum nō eſt
rapina eſt. ſacrilegium eſt. ¶ Huic concordat Bonauētu
ſpecialiter de canonicis dicens. ꝙ ipi paucis debēt eſſe con-
tenti. Et vnicum beneficium cum dei timore habere. ⁊ illud
deuote deſeruire. Scientes ꝙ patrimoniuz Jheſu criſti pro
peccatis populi eſt deſignatum pro ſtipendio ſeruitutis Si
cut ſcriptuz eſt peccata populi mei cōmedūt. Et ſubdit. Ve
autē illis qui plura habent beneficia per vicarios diſtribu
ta. Ipſi tollunt lanam. ſed de ouibus nihil curāt. Et verū
erit illis quod dicitur. Qui plꝰis in beneficijs. plꝰis erit in pe-
nis. Sed ipſi dicunt. ego habeo diſpenſacionem. Dic mihi
Nunquid tecum diſpenſare poteſt papa. vt ſis auarus. icō
gregando diuitias. vt accipias et non deſeruias in miſſis ⁊

boris canonicis. vt res eccleſie retineas vł expendas. Dico
tibi ẜm Hoſtien. ꝙ ſic diſpenſare eſt cum licencia pape in in
fernum intrare. ⁊ nota bene hoc aduerbiũ ſic. Quia diſpen
ſare ſine neceſſitate eſt infernũ cum licencia intrare. ¶ Itē
aliqui dicunt et replicant. Nobilis ſum aut doctor ſiue ma
giſter in theologia. et ſic ad honorem meum multũ idigeo
Reſpondit beatus Bern. dicēs. Si glorioſus coram homi=
nibus eſſe velis. accipe de patrimonio tuo. quia de elemoſi=
nis hoc non licet. Et ſtatim ſubdit. De altari tibi viuere cō
ceditur. Non autē luxuriari aut ſuperbire. aut pōpas exer
cere. ¶ Item plures reperiuntur clerici. qui per totam vitã
ſuam congregant ⁊ theſaurizãt. vt in fine vite ſue teſtamē
tum diſponãt. Vel eccleſiam ornent picturis et tabulis. vel
vt ſuis caris amicis. preſpiteris preſencias ordinent in eoꝝ
anniuerſariis nō propter neceſſitatem. ſed ꝓpter vanã glo
riam. Melius vtiqꝫ eſſet huiuſmodi bona in manꝰ paupe
rum criſti egentiuꝫ erogare. Sicut fecit Venerabilis Guil
helmus pariſienẜ epũs prout de eo in libro apũ legitur. Si
militer in eodem libro legit᷑ ꝺ alio venerabili archiepiſcopo
Mauritio nomīe. Ubi inter cetera laudũ eius ꝑconia nar
ratur ꝙ ipſe erat ſibi valde parcus. pauperibus vero largiſ
ſimus. vir enĩ cũ paciēcia potuit videre ꝙ procuratores ſui
pro tota familia ſua de die tres aut quatuor libras expende
rent. cum tamen eius elemoſinarius omni die decē aut du
odecim libras erogaret. Item cũ predictus epiſcopus cōpu
taret annos redditꝰ ſue dyoceẜ ad duodecim milia libras
dixit iconomis ſeu ꝓcuratoribus ſuis. De his duodecim mī
libus libris argēti ꝑ familia noſtra et victu nr̃o duo vel
tria milia ad maiꝰ ẜuitis. In reliquis redditibꝰ nihil iuris
habeo pauperũ ſũt. Et ideo pauperibꝰ diſtribuēda ſunt. qꝛ
me ſub iuſto iudice ſtrictiſſimã rationeꝫ ⁊ conputationem
reddere oportet. Quanti aũt ſit ꝑiculi plura habere bene
ficia eccleſiaſtica in prenarrato libro narratur vbi ſic ſcribī

tur. Volo vt quicumqȝ hic legerit ſciat me eo anno domini
fuiſſe pariſius. Ubi venerabilis Guilhelmus epūs pariſiē-
ſis qui in theologia rexerat cōuocatōem fecerat fratrū pre
dicatorum in generali cōgregatōne doctorū et magiſtroꝝ
prepoſita queſtione de pluralitate beneficiorum habita lon
ga controuerſia ⁊ diſputacione. Tandem finaliter ꝓbatuȝ
et concluſum fuit per dictum epūm Guilhelmuȝ. ⁊ per ma-
giſtrum hugonem fratrem ordinis predicatorū. ⁊ per car-
dinales Romane curie ſcilicet Ganfreduȝ ⁊ alios duos. ꝙ
plura beneficia dūmodo vnū quindecim libras in ōete pa
riſienſ valleret deifice ſimul poſſidere non poſſe. Et hec con
cluſio poſtea in diuerſis diſputationibus generaliter eſt ap
probata. ¶ Iteȝ ante tres ānos tpis predicti etiā habita fuit
ſolemnis diſputatio in predicta materia. In qua omēs do
ctores theologie vnanimiter predictam cōcluſioneȝ conclu
ſerunt. Exceptis duobus quorum vnꝰ fuit magiſter Phi-
lippꝰ cancellarius pariſienſis. ⁊ magiſter Arnoldus. Poſt
modū epūs Ambienſ. ¶ Quomō aūt cū predicto phillipo
contigit audiamus. agonizante predicto Philippo p̄dictꝰ
Guilhelmus epūs pariſienſ cū ex caritate viſitauit rogans
euȝ humiliter vt ſuam oppinionē de pluralitate beneficioꝝ
corrigeret ſeu deponeret. ac ſua bñficia vno excepto reſigna
ret. promittens ei ꝙ ſi conualeſceret. tunc vellet ei de redditi
bus eccleſie cathedralis ꝓuidere. Ille noluit ⁊ dixit ſe ſuaȝ
opinionē experiri alibi videlicet an dānabile ſit plura poſ-
ſidere beneficia. Et ſic mortuus eſt. Poſt paucos dies cū pre
dictus epūs matutinas nocte orare vellet. vidit inter ſe ⁊ lu
men vmbrā horribileȝ. hoc videns ſignauit ſe ſigno crucis
et precepit ei per nomen dn̄i noſtri iheſu criſti. ꝙ ſi poſſibile
eſſet ꝙ tamen ei loqueretur. Cui in hec verba vmbra reſpon
dit. Alienus ſuȝ a deo. ſed tamen miſera creatura eiꝰ ſuȝ. Et
epūs ait. Quis es tu. Qui reſpondit. Ego ſuȝ phillippꝰ mi
ſerrimus cancellarius pariſienſ eterna ⁊ amariſſima morte

dãnatus. Dixit epiſcopus. Huius damnatõnis que ē cau=
ſa. Reſpondit. Tres ſunt cauſe. ¶ Prima eſt. Reccētes ānu
os fructus cõtra pauperes tumide reſeruaui. Veteres quos
habui in vſus pauperũ non diſtribui. cum tamen illoruʒ eſ
ſent. Secũda. Quia pluralis in beneficiis fui. Et cõtra ve
ritatem et ſentenciam plurimorum oppinioneʒ meã de plu
ralitate beneficiorũ defenſaui. ¶ Tercia cauſa ⁊ illa ē gra
uiſſima omniũ. Quia vitio luxurie publice in ſcandalũ mľ
torum multo tempore laboraui. O mi frater multũ preamã
de hoc aduerte. Si habes aures audiẽdi audi et ĩtellige ſta
tum tuum damnoſum et ſcandaloſuʒ. Noli plꝰ diligere tu
am dyabolicam dalidam quã deũ. Vitiũ luxurie quã eter
na gaudia. Fetidam meretricem q̃ʒ glorioſam virginẽ ma
riam. et immundam peccatricem vitam plus quã cõuerſa
tõem ſanctaʒ. et deo caram. ne tibi contingat ſicut huic Phi
lippo miſerrimo doctori ⁊ cancellario damnato. Qui etiaʒ
interrogauit epiſcopum. Eſt ne mũdus finitus Reſpondit
epiſcopus. Valde miror te eſſe litteratiſſimum viruʒ. et hoc
interrogas. cum me adhuc viuũ cernas. et me et omnes vi
uentes neceſſario ſit prius mori anteq̃ʒ mundꝰ finitur. Cui
damnatus. Noli de hoc mirari. Quia nec ſciencia. nec opꝰ
nec ratõ eſt apud inferos quo tu properas. Eccleſiaſtes. ix.
Et hec dicens vmbra euanuit. Epiſcopus aũt hãc viſionẽ
clericis ſuis in predicacione recitauit. Item ď hac materia
et determinatõne doctorũ tangit ſanctus. Tho. In quoli
beto ſuo. xi. Volens etiaʒ ſiquis dubitaret an liceat habere
plura beneficia. et manente tali dubitatõe plura ad huc re
tinet beneficia periculoſe committit. Et ſic abſq̃ʒ dubio pec=
cat. vtpote magis amans lucrum temporale quaʒ ꝓpriam
ſalutem. Et ſic facit contra doctrinaʒ beati Augu. Qui ſic
ait. Elige certum ⁊ dimitte incertuʒ. Sed peſſima malicia
excecat eos. Vt non videant viã qua itur ad aſtra. Et hec
de octauo capitulo

¶ Non licet habere beneficium qui habet ſufficiens patrimonium ¶ Capitulum nonum

Non ſolum autem clerico non licet habere plura
beneficia Sed nec vnum de ſe ſice poſſidere poteſt
qui habet ſufficiens patrimonium. Ut habetur.
xvi.q.vltima in fine ⁊ in capi. Clericos.i.q.ij. Et
ſunt verba beati Jeronimi. ad damaſuꝫ papā. Clericos il
los conuenit eccleſie ſtipendijs ſuſtētari.quibus parentum
aut ꝓpinquorum nulla bona ſuffragant̄. ¶ Qui autem ex
bonis parentū ⁊ ſuis opibus ſuſtentari poſſunt ſi illud qđ
pauperum eſt. id eſt redditus beneficiorū recipiunt. ſacrile-
giū cōmittūt.et per abuſionem taliuꝫ iudicium ſibi mādu
cant ⁊ bibūt. Quid aūt ſit ſufficiens patrimoniū relinquit̄
arbitrio boni viri.id eſt dictamini recte ratōnis ſcilicꝫ ſi ſcḋm
qualitateꝫ et ſtatū ſue perſone habeat de ſuo patrimonio vi
ctuꝫ ⁊ amictū. Ex quibus patet ꝙ ſi clerico ſufficiūt ꝓpria
nō habebit eccleſiaſtica.vt habet̄.xvi.q.i. Quoniā quicquid
⁊c Hoc etiā ſenciunt notabiliores doctores ſacre theologie
et iuris diuini dicentes.ꝙ habens ſufficiens patrimonium
et habet beneficiū eccleſiaſticū.ea que de beneficio ꝑcipit to
taliter tenet̄ elargiri in manus pauperꝝ.alias mortalit̄ pec
cat. Dicit enī gloſa circa canonem ſuperiꝰ allegatū Si ha
bundantes aliquid recipiūt de bonis eccleſie.id eſt redditus
beneficioꝝ ſiue preſentes ſiue abſentes. Licet ſcḋm rigorem
iuris nō poſſit ſua porcio denegari. Quia nemo tenet̄ ſuis
ſtipendijs militare. Mortaliter tamē peccat. ſi ex ſua cupi-
ditate reſeruāt. Hoſtien.tamen ⁊ Ulricus dicunt.ꝙ cleritus
qui habet ſufficiens patrimoniū. Si deſeruit eccleſie ſiue al
tari.poteſt de eius bonis ſuſtentari. Si vero nō deſeruit.vel
in malos vſus cōuertit peccat mortaliter. Scḋm tamē pre
dictā et veriorem cōcluſionē ſcilicꝫ. Johannis Andree.lau
rencij ⁊ aliorum ſecurius eſt et tutius quo ad cōſcienciam et

ſalutem anime. ꝙ clerici quibus ſua ſufficiũt. Vel qui ſuffi
ciẽs habent patrimoniũ non habent eccleſiaſtica beneficia
Niſi forte vt boni diſpenſatores reddit⁹ beneficij vel bene-
ficioꝛũ huiuſmodi totaliter diſtribuant pauperibus. Et ſi
biĝis nihil ex eis reſeruẽt. Nã ſꝫm ꝙ dicit Proſper in libro
d vita cõtemplatiua ca. x. Et ſunt verba ſpiritusſancti. Pec
cata populi mei cõmedũt. Ubi ſꝫm eundeꝫ aduertenduꝫ eſt
diligenter. ꝙ non habentes ꝓpria. vt religioſi monachi. vel
alij pauperes clerici qui parum habent ſuſcipiẽtes elemoſi
nam ſeu redditus. nõ accipiũt peccata ſed alimẽta. Quib⁹
pro ſua neceſſitate indigent. Ita diuites et hij quib⁹ bona
ſua ſufficiũt ꝑcipientes beneficiorum redditus aut oblatio
nes. aut quottidianas diſtributões. nõ percipiunt alimen-
ta. Quia illis habundant. Sed aliena peccata ꝑcipiunt et
ſuſcipiũt non deſeruientes apud deum pro viuis et mortuis
quibus bonis vtunt̃. Quia ꝓcuratores ſunt. ¶ Debẽt em̃
ſacerdotes caſte et innocenter ꝛ ſancte viuere. Quia de pa-
trimonio criſti viuũt. vt eoꝛuꝫ oratões ſint accepte apud de
um omnipotẽtem. vt ſic poſſunt iuuare animas ĩ purgato
rio exiſtẽtes. que pro peccatis eoꝛum bona illa obtulerunt.
Multuꝫ em̃ valet deprecacio iuſti aſſidua. ¶ Vñ legimus
in vita patrum ordinis predicatoꝛum de fratre yvone quõ
dam ꝓuinciali ĩ terra ſancta humili et d̃uoto. ꝙ ſemel poſt
matutinas oꝛans in eccleſia. cumqꝫ leuaſſet oculos verſus
lãpadeꝫ. vidit vmbrã quaſi vni⁹ fratris ſtantis in habitu
ſoꝛdido ꝛ nigro. Cumqꝫ quereret ab eo quis eſſet. Reſpon
dit. Ego ſum frater talis qui nuper obijt ꝛ viuẽs tibi ſpecia
lis fui. Querẽte aũt ab eo quomõ ſibi eſſet. ait ĩ ſtatu ſaluã
doꝛum ſuꝫ. Sed quindecim annis duriſſimaꝫ ſuſtineo pe-
naꝫ purgatoꝛij. Cumqꝫ quereret ab eo quare tã dure debe
ret puniri. qui taꝫ religioſe ꝛ deuote et feruẽter vixiſſet. Re-
ſpondit. Noli querere cur hoc fiat. Nam equiſſimũ eſt iudi
cium dei. Quia deus nõ poteſt errare. Sed rogo te vt mihĩ

ſubuenias. Prior vero ꝓmiſit ſe libenter facturum quid pe
teret. Cūqꝫ dies illuxiſſet predictus prior cepit ſe prepara
re. quanto deuocius potuit ad miſſam. Et cum cōſecrataꝫ
hoſtiam haberet in manibus cepit deuꝫ rogare ſub his ver
bis. Domine Jheſu criſte. ſi Soldanus rex babilonis vnuꝫ
in vinculis teneret et Camerarius ei⁹ qui ei viginti annos
ſeruiſſet. Et pro ſeruo ſuo talem captum peteret. ſibi donari
Soldanus vtique ei nō denegaret. Domine de⁹ meus nō
ſis ergo durior Soldano rege ſarracenoruꝫ cāerarius tu⁹
ſum. Et ſeruiui iā tibi multis ānis. Tenes igit̄ captiuum
dilectū fratrē ꝓ ſeruicio meo peto mihi eum donari a tua
clemencia ⁊ miſericordia. que eſt ſuper omnia opa tua. Cū
que diu verba iſta cū lacrimis multū nō tātū ſemel vel bis
ſed pluries oraſſet poſt multas lacrimas miſſaꝫ finiuit. Se
quenti vero nocte ſtās in oracōe poſt matutinas dictū fra
trem vidit ante ſe ſtantem habitu candidiſſimo et preclaro
Queſiuit ab eo. quomodo ſibi eſſet. Reſpondit Bndicta ſit
hora in qua natus. es Ob dei em graciaꝫ ⁊ tuaꝫ oracōnem
liberatus ſuꝫ ab om̄i pena quindecim annoruꝫ. Et ecce ad
ſocietatem beatorum vado. Petiſti em̄ me tibi dari a domi
no et dedit me tibi. His dictis euanuit. ¶ Vnde ps. Ecce q̄
bonū ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnū. pro hac vni pſal cxx
one ⁊ concordia orabat Criſtus ad patrem dicens. Johan
xvij. Pater ſerua eos quos dediſti mihi vt ſint vnuꝫ ſicut et Joh 17
nos vnum ſumus. Bonum eſt ergo et multum neceſſe poſt
morteꝫ habere vnū bonum ⁊ fidelem amicum qui oret pro
eo. O. mi frater perpende et mente deuota auſculta. Sed ſi
iſte prior fuiſſet ſacerdos lubricus et habuiſſet pulchrā dali
daꝫ ſicut tu habes. aut fuiſſet ꝓprietarius. aut Symoniac⁹
ſuperbus. luſor. aut alio vicio mortali quocūqꝫ maculatus
nō ſic vtiqꝫ ei⁹ oracōes fuiſſent accepte apud deum. Sic q̄
per vnā miſſam penam videlicet quindecim ānoruꝫ ipſius
purgatorij relaxare potuiſſet fratris vni⁹. O quantū valet

orato̅ vnius iuſti aſſidua. Nu̅c co̅ſidera mi frater tu. et tui̅
ſimiles in tali ſtatu. In quo heu iam cu̅ tua dalida perſeue
rans per vigintitres annos fuiſti. quod animas liberaſſe̅s
a purgatorio. Cu̅ tame̅ quocie̅s tu diuina celebras. tocie̅s
ip̅m deu̅ que3 placare deberes ad iracu̅diaz. quantum in te
eſt ꝓuocas. et non ſine cauſa. Quia tociens eum crucifigis
et in cloacam immu̅diſſimaz corporis ⁊ anime tue crudelit̅
proicis ⁊c̅. Quomo̅ poteris placare iudicem cuz tu pl' qua̅
milleſies reus ſis mortis eterne. Cuius filiuz tam crudeliter
inhonoraſti. ¶ Vnde Grego. Cu̅ his qui diſplicet ad inter
cedendu̅ mittit̅. tunc iudicis animus plus ad iracundiam
prouocat̅ quam placatur Si vero tu et tui ſimiles aliquid
ꝓ animabus facitis oportet ꝙ hoc fiat per ſacramentuz eu
cariſtie. ꝙ ita puruz et integrum eſt in manibus veſtris. ſi
cut in manib' ſanctiſſimi ſacerdotis. Et hoc ideo. quia vos
eſtis miniſtri ſancte eccleſie. Qz de' diligit ꝗuis peccatores
ſitis. Sz ſcriptu̅ eſt Quod iuſtu̅ eſt iuſte exequeris. Et ideo ſan
cti' eſſet obmittere ſanctu̅ opus ⁊ iuſtu̅ niſi ſancte ⁊ iuſte per
ficeret. Non em̅ verbis meremur ſed aduerbijs. Naz anime
in purgatorio exiſtentes bene ſenciu̅t quando vnus bonus
et ſanctus ꝓ eis orat Aut qua̅do vnus lubricus ⁊ crimino
ſus. ¶ Na̅ legitur exemplu̅. ꝙ quidaz poſt morte̅ apparuit
amico ſuo cariſſimo. Qui interrogauit eu̅ de ſtatu ſuo qui
dixit ſe in magnis penis purgatorij eſſe. Rogansq3 vt ꝓ ſe
orationes fieri faceret. Cum au̅t ille diceret an vellet a ſuo
plebano haberet qui erat totus vicioſus ⁊ public' co̅cubi-
nari'. Ille nihil reſpo̅debat. Sed more renue̅tis capud mo
uebat. Deinde nominauit ſibi quendam heremitaz caſtu̅. ꝓ
bum ⁊ ſanctum virum. Cui ille dixit. Vtinam ille pro me o
raret cito me a penis purgatorij liberaret. Et hec de. ix. ca.

Exemplu̅

¶ De his qui redditus beneficiorum dant non in
digentibus Capitulum decimum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De his qui redditus beneficiorum dant non indigentibus. Sed ⁊ ſuis diuitibus amicis. Dicit hoſtienſ. q̄ tales raptores ſunt. et pauperibus ad retributionem tenent᷑ Aut priuentur beneficio ſuo a quo huiuſmodi reddit⁹ perceperūt. Ut patet. xij. q. ij. Gloria epiſcopi ⁊c̄. Si illi. Et peccāe mortaliter. nō tantū quia pauperibus ſubtrahunt. Sed etiā quia turpibus pſonis nō indigētibus tribuunt. vt. lxxxvi. di. Quia venatorib⁹ et cap. Donare. Et ideo fornicarie ⁊ alie pſone turpes. ſiue que cū q̄ alie ſunt nō indigētes recipientes a perſonis eccleſiaſticis. tenentur reſtituere ipī eccleſie. Niſi forte fuerit eis datum cauſa elimoſine in ſumma neceſſitate. Quia tūc eſt debitum eorum. lxxxvi. diſ. Paſce. O frater mi preamande cor de perpende quando ſit talis reſtitutō a te et ab alijs tui ſimilibus. Cariſſima eſt illa auis in terra noſtra Cū tamē dicat beatus Auguſti. Peccatum nō dimittit᷑ niſi ablatū reſtituatur. Omne peccatum delet contricio ⁊ confeſſio preter hoc peccatū quod nulla cōtricio delere poteſt. niſi et cōmittetur reſtitucio ſi fieri poteſt ad impoſſibile nēo obligatur. Sed tamē tale poſſe obligat ſe ad purā mendicitatē Qui habet aures audiēdi audiat quid ſcriptura de talib⁹ clericis dicat. ¶ Unde de ipīs loquitur adam pariſiēſis ſubtilis doctor ¶ Hij ſunt quorū iniquitas ex adipe procedit quia de criſti inopia diuites facti ſunt. de chriſti ignominioſa glorioſi. de opbrobrio honorati. d' ſeruitute nobiles. d' cōtemptu venerabiles. de āguſtia delicati. d' cilicio ſericati. de patrimonio criſti luxurioſi ⁊ ſupbi. Solliciti quidē nō ſunt de animabus. ſed de auibus. nō de pauperibus. Sed de canibus. lucris pocius intenti execrandis q̄ ſacramētis venerādis. Nā de his dicit pheta dauid. In labore hominū nō ſunt. ⁊ cū hominib⁹ nō flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia. ps. lxxij. De hac nota exemplum. ¶ Fuerūt duo canonici regulares. mutuo ſe maxime diligentes. qui etiā ad

inuicem cōiurauerunt vt qui pri⁹ de hac vita decederet alte
rum de ſtatu ſuo certificaret. Cuz aūt vnus eoruz mortuus
eſſet. et aliuz d̾ ſtatu ſuo certificare vellet. apparuit ei dicēs
ſe eternaliter dampnatum. Et ille interrogauit enz d̾ penis.
Et qui mortu⁹ fuerat iactauit duas guttas d̾ ſuo ſudore ī
faciem alterius. Et cum ille quaſi mortuus ꝑ nimio dolore
cecidiſſet. Dixit mortuus. Nō time quia nō morieris d̾ hac
re. Et extrahens vnam litteram de ſinu ſuo. dedit illi. Cui⁹
tenor talis erat. Pricipes inferni ꝛ rectores tenebrarū. Uni
uerſis eccleſie Prelatis. canonicis. et preſpiteris cuiuſcumqȝ
ſtatus taz religioſꝭ ꝙ̄ regularibus tartareaz ſalutez. Quo
niam optime que noſtra ſunt vobiſcum ſentitis. et tot ani=
guſtin⁹. Si phas ẽ dicere qđ modo nihil videt̃ mihi agere
de⁹. niſi vt ſaluti anime mee ꝓuideat. ⁊ ita eũ totum ad cu-
ſtodiã meam video occupatũ. quaſi oĩm aliorũ oblit⁹ mihi
ſoli vacare velit. Quib⁹ verbis ↄcordat beat⁹ Bern. dicẽs.
Audite fratres mirũ ſed verũ. Aĩa deũ videẽs nõ ſec⁹ videt
quã ſi ſola videat̃ ab eo. Qua ꝓpter dic ex intimo amore cor

dis tui. O dulciſſime domine Jeſu chriſte. infunde obſecro multitudinē caritatis tue mihi peccatori. Ut nihil terrenū nihil carnale deſiderem. Sed te ſoluz ſuper omnia diligam vt penit⁹ renuat ꝯſolari anima mea. niſi in te dulciſſimo domino deo meo. Scribe digito tuo in tabulis cordis mei memoriā eorum que pro me ꝑtuliſti. Nulla vnq̄ꝫ obliuioni delenda. vt ea ſemper pre oculis habeam ⁊ delecter. Non ſolum illa cogitare. Sꝫ etiam ſi neceſſe fuerit ꝓ meo modulo tollerare. Et dulceſcat mihi nō ſolum tibi ex omnib⁹ virib⁹ obſequi. Sed etiam ꝓpter te ꝯtumelijs affici. Ut certe morte turpiſſima ſi neceſſe fuerit condemnari.

Alia contemplatio feria tercia De ſeptem verbis que criſtus dixit in cruce.

Contemplandū eſt ſeruo dei vt ſicut cithara materialis habens lignum et cordas deſuper extenſas dum percutitur dulcem ſonun reſonat. Sic cithara noſtra Jeſus xp̄s crucē habens ꝓ ligno citharé. et corpus ſuū rite cordarum percuſſus doloribus ⁊ obprobrijs ſeptem verba ſalutifera omni conſolacōe doctrina ⁊ caritate plena dulciſſime reſonabat. Ab omni fideli cū omni cordis deuocōne meditanda. Primum igit̄ verbū quod beatus Lucas ſcribit. Eſt iſtud. Pater ignoſce illis. q̄ꝛ neſciūt quid faciūt. Ecce quō agn⁹ ille inocens ⁊ māſuetus in oībus preſſuris ſuis nec ſemel os ſuūꝫ aperuit. vt aut querele aut excuſatōis aut comminatōnis vel maledictōis ſermonem aduerſus crudeles hoſtes ſuos diceret. qui immo potius noue benedictōis verbum quod a ſeculo nō eſt auditū ſuper inimicos ſuos ex abundātia caritatis effudit dicēs. Pater ignoſce ⁊c̄. O ſerue dei fidelit̄ recordare hoc verbū ī corde tuo. vt quocieſcūq̄ꝫ ſeuiūt ꝯtra te inimici tui. Memorare illi⁹ verbi Jheſu xp̄i. Et ſicut ipſe ꝓ occiſorib⁹ ſuis orauit. nō qua ſi nō poſſit ipis coꝝ peccata cōdōare. Sꝫ vt

nos doceret ꝓ perſequētib⁹ orare. Immo ſcḋm Apl'm cū la chrimis ꝓ eis orauit. Ad Hebre. v. Cū clamore valido ⁊ la chrimis p̄ces offerēs ⁊c. ¶ Bern. Man⁹ que formauerūt ce lū in cruce ſunt extēſe ⁊ clauis affixe. ⁊ tot⁹ verberat̄. lācea lat⁹ perforat̄. quid multū in eo remāſit niſi lig̃ua. vt matrē diſcipulo ꝯmendaret. ⁊ vt ꝓ pctōrib⁹ deū exoraret. non igit̄ obliuiſcitur amicoꝝ ſuoꝝ. qui in tali articulo nō eſt oblit⁹ ꝑ ſecutorū ſuorū. Ecce quō vir iſte ꝑ omnia artat̄ ⁊ ſpnit̄ et ad locū caluarie duct⁹ mirra ⁊ felle potat̄. ī cruce ſubleuat̄ ⁊ dicit. Pat̄ ignoſce illis. q2 neſciūt quid faciunt. Qualis eſt hic qui in omnib⁹ p̄ſſuris ſuis ne ſemel os ſuū aperuit. aut aliquod verbū durū aduerſ⁹ illos maledictos canes ꝓtu lit. qd ergo hoc viro māſuetius. quid benigni⁹ aīa mea vi- diſti. Multi igit̄ eoꝝ qui ad erant ꝯpuncti ſunt corde ⁊ peni tuerunt. quorū cor tetigit deus. Et poterant dicere quid eſt qd audiuim⁹. Nos ēm omne malū quod excogitare potui m⁹ huic viro impendim⁹. ⁊ ipſe viceuerſa orat ꝓ nobis. Si quid igit̄ malicie aut prauitatis in eo eſſet vtiq3 ī tātis ⁊ ta lib⁹ p̄ſſuris erūperet. Arbor ēm mala fruct⁹ bonos ꝓferre nō pōt. Qua ꝓpter penitētes pectora ſua ꝯpūcti reuerſi ſūt in domos ſuas. Dic ergo deuote. O domine Jeſu chriſte fili dei viui mūdi creator ⁊ redemptor. qui in ara crucis ꝓ tuis crucifixorib⁹ deum patrem deuote ⁊ lacrimabiliter exoraſti Da queſo mihi indigno pctōri ꝑ gratiam tuam corde ⁊ ore te ꝓ meis inimicis exorare. ⁊ eoꝝ mala ac inſidias ꝓ tui no minis gloria patienter tollerare. Amen.

## ¶ Secundum Verbum

Secundum verbum quod ſcribit beat⁹ Lucas ē verbum omni acceptōe dignum quod dixit ad latronem ſero penitentem. videlicet. Hodie mecum eris in paradiſo. Ecce quam liberalis immo pro digus factus eſt hodie Chriſtus. Qui latroni regnū. Cru cifixo celum. damnato paradiſum ꝑ breui peticōe largit̄



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Contemplare hic diligenter. quia latroni hec cõfeſſio in
preſentia ſaluatoris ſuffecit. que ſibi in carcere nõ ſuffeciſſet
Ex quo habes ꝙ ſctm̃ ꝛ fructuoſum eſt in pñſentia corpora
li Jeſu xpi videlicet corã ſacramẽto eucharíſtie exorare. O
ꝗȝ magna fides in iſto latrone cõſiderãda eſt. qui nec ꝓpter
pene quã ſuſtinebat acerbitatẽ nec ꝓpter carnis quã vide=
bat in chriſto infirmitatẽ fidei obmiſit confeſſionez dicens.
Memento mei domine dum veneris in regnũ tuũ. Mani
feſte apparet. ꝙ nõ loquit̃ de regno tpali ſed eterno et cele=
ſti. Et vere fides magna. q2 cõſitebat̃ illi⁹ regnũ eſſe celeſte
ꝛ eternũ. quẽ ſecũ vidit mirabiliter morientẽ. ꝛ quẽ petr⁹ ne
gauerat videns ipm ſepiſſime miracula faciẽtẽ. Ideoqȝ la
tro meruit audire a dño illud toci⁹ amoris ꝛ gracie verbũ
videlicȝ. Amẽ dico tibi. q2 hodie mecũ eris in ꝑadiſo. Mox
em̃ vt dñs expirauit ipe ſm aiam ad iferos deſcẽdit. ꝛ eadeȝ
die etiã aĩa latronis illuc ꝑuenit. ꝛ facta ẽ ꝑticeps illi⁹ beati
fice fruitõnis chriſti cũ ſctis patrib⁹ ĩ limbo vt ſic ſociaret̃
ei in gloria ꝗȝ deſiderabat dũ eſſet adhuc in pena. O hõ exẽ
plo latronis te ad dominũ deũ tuũ conuerte. in vera fide. ſpe
firma. caritateqȝ ꝑfecta. Hic ſta ꝛ ꝯtemplare domini boni
tatẽ. ꝗȝ pius ꝛ dulcis eſt ieſus qui taȝ cito ꝓmittit. ꝛ pl⁹ dat
ꝗȝ petit̃. Quis em̃ deſperabit de tã pio exauditore. de taȝ ce
leri ꝓmiſſione. ꝛ de tã largo datore. Certe null⁹ qui ſaltem
pctã ſicut hic latro vult deteſtari. ꝛ ſe ad dominũ toto corde
ꝯuertere. Et dic deuota mẽte. O mi de⁹ ego em̃ miſer et miſe
rabilis et infernali ſupplicio dign⁹. Cõuerto me ad te ꝛ ro=
go te. vt memor ſis mei in tua miſcdia. Latro em̃ ſuȝ mag
n⁹ ꝛ peſſim⁹. qui me et alios multos occidi ĩ aĩa. q̇ nũc in ce
lo regnãs. miſert⁹ fuiſti latrõi adhuc in infirmitate carnis
in cruce pẽdẽs. Et dic mihi benigniſſime ieſu. Hodie. i. in pre
ſenti vita eris mecũ in paradiſo. i. in mea gratia. Et in futu
ro mecum in gloria. Et hoc de ſecundo verbo.

¶ Tercium verbum

TErcium verbum ſcribit beatus Johannes. Et eſt illud. Mulier ecce filius tuus. Et ad diſcipulum. Ecce mater tua. Hic contemplare quomodo mater filio aſſiſtebat cum ineſtimabili triſticia ſuper tam mirabili contricione vnici et naturalis filij ſui. quē diuinit⁹ cōcepit. miraculoſe genuit. ⁊ inenarrabili amore dilexit. cum ita iuxta crucem ſtaret. ⁊ illā carnē Jeſu ſanctiſſimā quaz tam caſte concepit. tam dulciter aluit. et tam crebro amplexata ⁊ oſculata fuit. duris clauis affixā. et ibi trib⁹ horis in patibulo pendentē atrociſſime cruciari vidit Sic deuotiſſime ↄtemplare quomō dominus ī cruce diſtētus. ⁊ in vltimo iam ſpiritu ↄſtitutus. cum nullū ſuoꝝ membroꝝ iam liberꝝ haberet. viſum oculis ⁊ lingua exceptis. De vtroqȝ illoꝝ matri ſeruire dignatus eſt. reſpiciendo videlicȝ et alloquēdo. vt ꝑfecto indicaret ꝙ ipē eam in ſuo geſtaret corde. iam de mundo exiens. quem illa in ſuo ſuſcepit corpe intrantem in mundū. Extrema em̄ viſio amicoꝝ morientiū cordis intima valde ſolet infigere. Dicunt em̄. Si oīm que circa me geſſit amic⁹ me⁹ poſſez obliuiſci. tn̄ illi⁹ aſpect⁹ q̄ me tam fideliter eſt intuitus ⁊ mihi intime locut⁹. cum tam cito exalaret ſpm̄ obliuiſci non poſſum. Si ergo fratres cariſſimi mater dei ⁊ mater uoſtra viſionē illam quaſi ſagittam ſemper in corde geſtauerat. Quomō nos ei⁹ matris ad optiui filij ⁊ fratres domini crucifixi memorandā illaz viſionem obliuioni tradam⁹. Nam chriſt⁹ reginam celi ipſi Johāni in matrē dedit. Et in hoc ꝙammodo alteꝝ xp̄m ꝓ ſe ↄſtituit. ⁊ celeſtis regni ↄſortē fecit ⁊ ſic honorauit. In quo fctō nobis pctōrib⁹ inſinuauit ꝙ ad ipāz habere debeam⁹ ſpē ⁊ fiduciā. q꞉ nō eſt credendū ꝙ dn̄s iſto priuilegio ſolūmō. Johāez honorauit. quaſi ipē ſol⁹ marie fili⁹ ſit adoptiu⁹. Immo ⁊ nos oēs eſſe poſſum⁹ ſi volum⁹. nec. n. falſe clamant fideles dicentes. O mater ⁊ domina noſtra ora ꝓ nobis. Reuolute enim textum huius ſacri euangelij. et pro

priū nomem eius. cui maria in matrem eius ſignatur. Hic
nuſq̄ʒ inuenies. Sed per quandam circumlocutionē deſcri
bit. que etiaʒ aliis q̄ʒ Johanni poteſt ꝯuenire. Hanc ſpiri-
tuſancto dictante. Et quicunqʒ cum Johanne deſcriptōis
particeps fuerit. cum Johanne quaſi Marie filius erit. Et
eſt iſta. Diſcipulum ſtantem iuxta crucem quem diligebat
Jeſus. Juxta crucem ſtat diſcipulus quando domini paſ
ſionē. et matris eius ꝯpaſſionem ſedula memoratur. Sed
tunc Jheſus diſcipulum diligit quando ab eo diligit̄. Si
cut Salomō in ꝑſona ſua ait. Ego diligentes me diligaʒ
Certe de iſto dicit Chriſtus ad matrē. Ecce fili9 tu9. Nos
ergo fratres cariſſimi ſumus iuxta crucem ſtātes diſcipuli
quos diligit Jeſus. vt ſic vnuſquiſq̄ʒ noſtrū audire merea
tur a Jeſu illud dulce verbum. Ecce mater tua. O verbuʒ
omni acceptione dignū. Si maria eſt mater tua. ergo Je-
ſus eſt frater tuus. ergo pater eius ē pater tuus. ergo regnū
eſt herditas tua. Ecce mater tua. ergo gracia Marie ē the
ſaurus tuus. matres em̄ theſaurizant filiis ſuis. Ecce mat
tua. Cui omnis neceſſitas tua vſqʒ ad cor ei9 aſcendit. Con
mota ſunt quippe viſcera ei9 ſuꝑ filio ſuo. Ecce mater tua
ergo dilige illam ⁊ venerare tanq̄ʒ vbiqʒ preſentē nec āpli
us expecta. Sed ab hac hora accipe eam in tuā deuotōem
et famulatōnem. Et ipſa tandē te aſſumet in ſuam gloriaʒ
vbi regnat cū filio naturali Jeſu Chriſto ad quē deuota
mēte ſic ora ⁊ dic. ¶ Domine Jeſu chriſte. qui materne paſ
ſioni ꝯpatiens eā dilecto tuo diſcipulo ꝯmendare voluiſti
tibi hodie ꝯmēdo aīam meam ⁊ corp9 meū in illa fide ⁊ di
lectione qua tu matrem virginem virgini commendaſti.

¶ Quartum verbum.

Quartum verbum ſcribunt Matheus ⁊ Marc9
Et ē illud. Deus deus meus. vt quid dereliquiſti
me. ¶ Hic ꝯtemplare ꝙ dn̄s in cruce hoc vbū vo
ce magna ꝓtulit. nō ex īpaciētia aliqua. q2 oīno nullaʒ ha

duit. Sed magnitudinē ſui doloris quem ꝓ nobis ſuſtinuit
oſtendit. Et iſta derelictio nō eſt referenda ad ſolutōez vnio
nis pſonalis. ita ꝙ tūc humanitas fuiſſet diuiſa a diuinita
te. Cū ipe dicat. Iob. viij. De⁹ nō reliquit me ſolū. Ex quo
habebo ꝙ nūq̄ʒ deſinebat eſſe de⁹. ſiue aīa ꝯiūcta fuerit cor-
pori. ſiue ab eo ſepata. Nā aīa illa ſepata a corpe deus erat.
corp⁹ mortuū de⁹ erat ſed referēda ē illa derelictio ad hoc ꝙ
diuinitas expoſuit illā humanitatē ſine defenſiōe ac ꝓtecti
one diuinitatis ac ſi nō fuiſſet ei vnita Caſſiodo. dt. Reuera
manib⁹ impioꝝ tradi nō poterat niſi deitas talia fieri per-
miſiſſet. Ex quib⁹ patet ꝙ paſſio Chriſti oīm martiꝝ paſſio
nū fuit grauiſſima. Martires. n. quāto duriora paſſi ſunt
exteri⁹. tāto magis illis de⁹ aſtitit ꝯſolās ⁊ ꝯfortās interi⁹.
Vnde Pſal. Cū ipo ſum in tribulatōe. Vn̄ beatus Laurē-
cius dum ſup cratez aſſat⁹ taceret dixit. Carbōes iſti mihi
refrigerium preſtant. qꝛ cōſolatō diuina interi⁹ atq̄ʒ ignis
diuin⁹ in corde ipſi⁹ tā magn⁹ fuit. ꝙ ignē materialem ſub
craticula quaſi ꝓ nihilo reputauit. qꝛ motus maiores expel
lunt minores ¶ Per talē igit̄ conſolatōez diuinam cōſola
tus eſt de⁹ oēs martires in ſuis magnis tormētis qd̄ ſi non
feciſſet multi defeciſſent. Sed ipe figmētum nr̄m cognoſcit
quia caro ſumus et puluis. Sic licʒ aīa chriſti fuerit ſem-
per beata. ex cuius beatitudinis conſolatione abſorberi poſ
ſit omnis doloꝛ. Sic tamē nō eſt factū. Sʒ relicta ē illa hu
manitas totaliter paſſioni quaſi nō eſſet vnita deitati. Et
fuit maioꝛ pena oīb⁹ alijs penis. Et poteſt dici pena pena-
ruʒ. qꝛ ſine illa nulla fuiſſet pena. Jmmo ſi oēs penas hu⁹
mundi ⁊ oīm damnatorum in ſuo corpore ꝑtuliſſet. mox dei
tas abſorbuiſſet. tanq̄ʒ ſcintillā vnā. totum mare. Et hoc ē
qd̄ dicit beatus Augu. Mallem eſſe cum deo in ꝓfundo in
ferni q̄ʒ ſine eo in celo. Noluit enī Chriſtus in omnib⁹ pe-
nis ſuis capere aliquod refrigeriū a deitate. Quia nō ficte
vel apparēter pati voluit Sʒ veriſſime ⁊ effectualit̄. Qua

ꝓpter virum deuotum decet hic alius et ꝓfundiꝰ ſpeculari
De magnitudine ⁊ acerbitate crudeliſſime paſſiōis Iheſu
Chriſti ⁊ eius morte. Dic ergo in deuotione cordis tui. Dn̄e
Ieſu chriſte qui pro ſalute humana pendens in cruce voce
magna clamaſti. Hely hely lamaſabathani. Hoc ē deꝰ me
us deus meꝰ vt quid dereliquiſti me. Da mihi in omni tribu
latōe ⁊ anguſtia mea voce magna cordis mei ad te clama
re. Ne tu me paciaris velut a tua miſericordia derelictum
reprobari. Et hec de quarto verbo.

¶ Quintum verbum

Quintum verbum ſcribit beatus Iohan. dicens.
Sciens Ieſus quia omnia conſumata ſunt. Vt
etiam impleretur ſcriptura Pſal. lxviij. Vbi dicit
ꝓpheta. In ſiti mea potauerunt me aceto. dicens
quītū verbū. videlicet Sitio. Corpus eīm chriſti exicatum ⁊
aduſtū erat ꝓpter qꝺ dicebat ꝓpheta. Aruit tanꝙ teſta vir
tus mea. qꝛ humor in chriſti corpe ꝑ ſudorem ſanguineum
quaſi totaliter exhauſtus fuit. Similiter in flagellatōne. in
coronatōne. manuū ⁊ pedum confixione. Sed Chriſto ſic
clamanti Sitio. Crucifixores dabant ei bibere vinum ace
toſū mirratum cum felle mixtum. Implētes ſpongiā pre-
dictis ad inuicem diſtēperatis. ¶ Contemplare hic diligen
ter. quis iſte potus fuerit quo creator a ſuis potatur creatu
ris. vere mortiferus et infernalis. Quis vnꝙ poſſet ſufficiē
ter excogitare crudelitatem illorum peſſimorū virorum. qui
talem potum miſerrimo homini in penis maximis cōſtitu
to potuerunt deputare. O iudeorum malicia ſuper omnem
maliciam. Et domini paciencia ſuper omnem pacienciam

¶ Eſt tamē firmiter credendum ꝙ dominus noſter Ie
ſus chriſtus pendens in cruce non dixerit. Sitio ad potan
dum potum corporalez. quia ſciebat ſe iam corporaliter mo
riturum. et etiam alias quaſi infirmitates ⁊ magnas pēas
patiebatur ꝙ ſitim. ¶ Sed quē potum ſitiebat fons ſalu-

taris ⁊ torrens voluptatis. Non vtiqȝ ſenſibilem. ſed ſitie-
bat noſtram ſalutem. vt ſaturemus viceuerſa ipm̄ deū vi-
uum. ¶ Hinc eſt ꝙ beatus Bernhar. ait Tantū me dilexi
ſti bone Jeſu ꝙ immemor fuiſti tui doloris. ⁊ nō fuiſti im-
memor mee ſalutis In cruce em̄ dixiſti Sitio et non doleo
De cruce taces. et de ſiti clamas. Oportet vtiqȝ ꝙ talis ſitis
ſit valde mirabilis atqȝ magna. immo ſic eſt. Ait enim do-
minus et ſi non verbis re tamē dicens. Plus enim anima
rū veſtrarum ſalus ꝗ̄ corporis mei cruciat⁹ me vrget Eti
am tā magna eſt ꝙ in me ceſſanit pena crucis. Sed in me
adhuc durat illa ſitis. Naȝ adhuc quotidie clamo de celis
Sitio Nec vnꝗ̄ in me extinguet̄. qꝛ salutē veſtrā ſitio ſp̄ ⁊
deſidero. ¶ Vn̄ valde ruſtican⁹ ē ⁊ induratus qui xp̄o diu
ꝑ ſalute ſua ſitiēti potū negat. potū videlicȝ grāꝛ̄ actōis
potū cōtemplationis ⁊ deuotōis. potū emēdatōnis ⁊ ꝑfect⁹
Dic ergo ī dolore cordis tui. O dn̄e Jeſu chriſte qui noſtrā
ſalutem ſitiens aceto ⁊ vino mirrato cuȝ felle mixto potari
voluiſti. Fac me vinum deuotōis cum mirra carnis morti
ficatōnis ac felle compunctionis tibi digne offerre. acetum
aūt infidelitatis ⁊ ſcandali nequaꝗ̄ bibere ⁊ guſtare

¶ Sextum verbum

SExtum verbum ſcribit nobis Lucas dicens. Pa
ter in manus tuas ꝯmendo ſpm̄ meū. Quod ver
bum dixit in extremis dans nobis de hoc ſeculo
migrantes exemplum. Quamuis em̄ ſciret animā
ſuā patri ſumme eſſe recomendatā. Hoc dixit ad noſtrā eru
ditionē. Ex quo em̄ ipſe qui pctm̄ nullū habebat. ⁊ qui no
ſtra crimina tollere venit. patri ſic ſuā animaȝ cōmendauit
quantomagis nos in quib⁹ princeps mundi huius iniqu⁹
multa que ad ipm̄ pertinēt inuenit. manibus oīpotētis dei
ſpm̄ noſtrū debemus ꝯmendare. Ne in eius exitu a dyabo
lo ꝯprehendat̄. ¶ Fecit aūt hec dn̄s poſt ꝑfectum ⁊ totale
teſtamētum ſuum iterū ad eruditionē noſtrā. Naȝ moriēs

ſaluator teſtamentū ſuū ſic diſpoſuit q̄ ſibi de omnibus que
habuit nihil retinuit. Primo em̄ tēporalia tamq̄ȝ viliora iā
dudum ꝯmiſerat. Jude traditori. eccleſiam Petro zelatori.
corpus ſuū in ſacramēto diſcipulis ſuis dedit ꝛ diſcipulos
ſuos deo patri ꝯmēdauit. veſtes ſuas militibꝰ dimiſit. corpꝰ
ſuum mortale crucifixoribꝰ. et matrē ſuā v̄ginem diſcipu-
lo virgini reliquit. Et poſt hec oīa deo patri ſpm̄ ſuū ꝯmen
dauit. Ecce forma trāſmigrandi de hoc ſeculo quam nobis
reliquit ꝛ in cruce ꝯfirmauit Ex quo patet ſi quis ſpm̄ ſuū
ſalubriter vult ꝯmendare. debet ſe prius ab oībus diligēter
expedire que ſibi fuerīt a deo recomendata. Et ſic poſt chri
ſtum nudus egrediatᷓ ſemetipm̄ ſpoliās nō ſolum habitis
que ſecum educere nō poteſt. Sȝ etiā habendi affectum. et
dicat deuota mente. O domine Jeſu chriſte q̄ in cruce mo-
riens animā patri ꝯmendaſti. Da mihi ī hac vita ſpūaliṫ
ſic ꝯmori. quatenꝰ tu in hora mortis mee aīam meā miſerā
tibi digneris habere recomēndataȝ. O deus pater fac vt in
obitu meo tibi ꝑfecte ꝛ libere poſſim dicere. Pt ī manꝰ tuas
ꝯmēdo ſpm̄ meū. Recipe me venientē ad te qui nūc conſti
tuiſti terminū vite mee quē nō potero preterire.

¶ Septimum verbum

Septimum verbum ſcribit beatꝰ Johan. Et eſt
illud. Conſumatum eſt. Hic contemplare quō de
us nimia caritate nos dilexit. qui nullo indigens
omnia ꝓpter ſe fecit. ꝛ oīa homini ſubiecit. ꝛ poſt
q̄ȝ hō oīa peccādo ꝑdidit. deus eū perdere noluit. Sȝ legis
latorem ſuper eum conſtituit. ꝛ p̄ ꝓphetas diligēter inſtru
ctus tandē ꝑſonaliter venit. et carnis noſtre vilitatē humi
liter induit. Et poſt exempla ꝑfectiſſime caritatis ꝛ ſancti ta
tis. poſt verba ſcientie ſalutaris ī. poſt miracula potētie ſin-
gularis omnibꝰ benefaciens. pro omnibus mala patiēs. ne
nos eterna morte moreremur ipſe pro nobis mortuus eſt. et
que non rapuit tunc exſoluebat. Deinde contemplare quē

liter dominus τ deus tuus amantiſſim⁹ mori apropinq̄ns incepit oculos deprimere.palleſcere et dicere vltimum verbum.videlicet. Cunſumatum eſt. Supple opus redemptõnis humani generis perfectiſſime. Et quicquid de me ꝓphetatū ē.aut quicquid ꝓ redemptõne humāi generis facere debui feci. Et vſq3 in finem conſumaui. Omnia em̄ feci que bonus medic⁹ pro amico ſuo.cariſſimo τ infirmo facere cõſueuit. Qui primo dietas taxat. Secūdo ſudorem procurat Tercio minutionē facit. Quarto potionez offert.videlicet mirratū vinū et acetoſum cum felle mixtum. Tempus ergo eſt vt reuertar ad eū q̄ me miſit et vnde veni. Ecce quomodo caput noſtrum pro delictis noſtris acerbitatē ſuſtinuit paſſiõis quā vſq3 ad cõſumationem omniū ſcripturarum.que de eius paſſione erant ſcripte tollerauit pacientiſſime. Ita et nos ſi huius capitis mēbra eſſe volumus tunc in omnib⁹ laborib⁹ τ aduerſitatib⁹ noſtris virtutē pacientie ſeruem⁹.vt ad noſtꝝ peruenien⁹ finē recipe mereamur ab eo ſplendorem quem nullus adipiſci poterit. Niſi qui in bonis opibus vſq3 in finem pſeuerauerit. Dic ergo ī deuotiõe cordis tui. O domine ieſu chriſte q̄ ꝯſumatõem tocius paſſionis tue in vna ſumma deo patri offerēs dixiſti. Conſumatum eſt. Da michi omnia ꝑme te opante bene acta et paſſa ad tuam laudem conſumere.τ cõſumata ꝑ te deo patri dignanter offerre. Et hec de verbo ſeptimo τ vltimo

## ¶ Alia contemplatõ de penali expiratione domini noſtri Jeſu xp̄i Feria quarta.

Contemplare deuota mente penalem expirationez domini noſtri Jeſu Chriſti. Circa quā conſidera quatuor. ¶ Primo quia talis expiratio facta eſt capite inclinato. ¶ Secundo quia facta ē plorando. ¶ Tercio q2 facta eſt cū clamore valido. ¶ Quarto q2 mox eius anima deitati vnita ad inferos deſcēdit. ¶ De pri

imo cõtemplare. q꞉ caput ſuum duplici de cauſa inclinauit
Primo dans nobis ſignũ pacis ⁊ reconciliatõis cũ deo pa
tri ꝑ ſuam mortẽ. Nã multis annis diſcordia fuit inter deũ
⁊ genus humanũ ꝓpter peccatũ primoꝝ parentũ. Sed ipſe
filius ꝑſona media in trinitate. ſe mediatorẽ īter deũ patreʒ
et nos poſuit. et ipſum nobis ꝑ ſuam amariſſimã paſſionẽ
benignũ et placabilem fecit. Et in ſignũ hui⁹ inclinauit ſe
ad nos in ara crucis. quaſi nobis dans oſculũ recõciliacõ
nis et pacis. Et hoc eſt qđ Bern. ait. Reſpice fidelis anima
Chriſtũ in cruce pẽdentẽ Reſpice capitis inclinatõeʒ ad re
cõciliatõis oſculũ. brachioꝝ extenſiõeʒ ad amplexũ. lateris
apperitõem ad preciũ. membroꝝ extenſionẽ ad⁹ remedium
¶ Secundo emiſit ſpm̃ inclinato capite pre nimia paupta
te. que eſt in via ꝑ quaʒ itur ad aſtra. Unde dixit dñs i euã
gelio. Beati pauperes ſpiritu. qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Nã
ī magna pauꝑtate Jeſus chriſtus eſt nat⁹. In maiori pau
pertate ⁊ aduerſitate vixit in hoc mundo. Sed in extremo
ꝑ maximam paupertatẽ et miſeriã exiuit de hoc ſeculo. Un̄
bene poterat illud dicere. Job nudus egreſſus ſuʒ de vtero
matris mee. nud⁹ ⁊ dilacerat⁹ et miſerijs plenus reuertar il
luc. ¶ Secũdo. ꝯtemplare. ꝙ Chriſtus tradidit ſpm̃ flendo
Nã in ipſo ſemꝑ fuit maior ꝯpaſſio q̃ʒ paſſio. Et ideo nũq̃ʒ
legit̃ fleuiſſe ꝓpter ſuã paſſionẽ. ſed cõpaſſiue pluries. Naʒ
quater legit̃ fleuiſſe hic vltimo et ſꝑ compaſſiue. Sʒ quare
fleuiſti O bone Jeſu ait deuotus Bernh. Cum potius erat
gaudendũ q̃ʒ flendum. cum operabaris ſalutem in medio
terre affigens peccata noſtra cruci. damnãs diabolũ. ⁊ ſal
uans nos a morte eterna. Fleuit domin⁹ ī cruce ex magna
compaſſione. cõſiderans. quia paſſio ſua ſufficeret ad redẽp
tionẽ oīm hominũ. Sʒ tamen effecit redemptõneʒ paucoꝝ
reſpectu damnatoꝝ. Et hoc eſt qđ dixit Chriſt⁹ in cõſecra
cõne ſui ſanguinis. vʒ. Hic ē ſanguis q̇ ꝓ multis effundet̃
Qui ſanguis nõ fuit effuſus ꝓ oīb⁹ quantũ ad efficaciaʒ

Et hoc conqueritꝛ p̱ Iere. dicēs. Inuanū laboraui videlicȝ ꝙ tantā recōpensam et ſatiſfactōeȝ ꝓ peccatis noſtris fecit que etiā ratione doloris et valoris mille mundos liberaſſet ⁊ ꝙ adhuc tā paucos liberauit. Hinc eſt ꝙ alibi dicit p̱ Ieremiā ꝓphetā. Aſpexi terrā et ecce vacua erat. ⁊ celos et nō erat lux ī eis. Ac ſi dicat. Aſpexi terrā. i. terrenos hoīes. ⁊ ſūt vacui a ꝯſideratōe mearū penarū. Nec solū illos. ſed etiā celos. i. bonos aſpexi. qui celeſtē deberent habere vitam. ⁊ nō eſt eis lux. vȝ ꝯgnitōis ad habēdā memoriā mee paſſiōis. Et ideo Chriſt⁹ clamat ad nos p̱ beatū Criſ. dicēs. Ego ꝓpter vos ſum homo factus. propter vos alligat⁹ ⁊ detruſ⁹ ceſus crucifixus. Ubi eſt tantarū iniuriarū meaꝝ fruct⁹. Ubi eſt precium ſaguinis. queȝ effudi pro veſtra redempti-one. O homo ſup̱ gloriam meam te dilexi apparens homo ſuper terram. mortem turpiſſimam propter te ſuſtinui. Ubi eſt tāte caritatis mee retributō. Et tu reſpōdebis ei ī ſpiritu dicens Certe domine Ieſu chriſte in emendatōne vite mee eſt tua retributio. Scdm quod ſeruus tuus beatus Bern. ait. Penitentia mea o bone Ieſu eſt cibus tuus quo veſceris. Et lachrime cōtritōis mee ſunt potus tu⁹ quo potaris. Miſcebo inſuper lac matris mee cū ſaguine tuo. ⁊ faciam tibi optimum deuotionis et cōtemplationis ſalſamentum et dicam. O domine Ieſu chriſte qui in ara crucis omnes homines. inquibus tua amariſſima fruſtrareť paſſio p̱fec-te cognouiſti. Et eoſdem tūc mi domine acerbiſſime fleuiſti Da mihi queſo per gratiam tuam in meis factis dictis et cogitatis te nunꝙ̄ offendere. Sed ſemper tuaȝ turpiſſimaȝ mortē. et omnia alia beneficia a te collata pre oculis mētis cunctis temporib⁹ tenere. Quatenus recordatōis ſanctiſſi-me paſſiōnis tue ſpirit⁹ meus feruore deuotionis accenſus amariſſimas lachrimas ī ꝯſpectu tuo ꝯpatiēdo tibi effundat vt nō ſim vnus quoꝝ dānatōem tu in cruce deploraſti ¶ Tertiō ꝯtēplare. qꝛ cū clāore valido expirauit. Mirabile

tamen videtur qui iam in vltimo conſtitutus eſt et qui vix
pre tormentis potuit os aperire ⁊ liguam mouere dicitur cla
maſſe valide. Cum etiam ꝓpheta dicat de eo. Rauce facte
ſunt fauces mee. Hic dicit Gloſa. Nos cū nulla voce mori=
mur qui de terra ſumus. Ille autem moritur voce exaltata
qui de celo deſcendit. ⁊ qui ꝓpria autoritate ſpiritū ſuū tra=
didit quod ſoli homini deo conuenit. Iſtum clamorez celū
audiuit. et omnes angelorū chori ſunt turbati. Et hoc ſol
qui ſe habet vt celi oculus demonſtrauit qui ꝑ eius eclipſiz
ſupernaturalem nobis tanꝙ ſi fleret apparuit. ⁊ illa oīum
angelorum deplangeret turbationē ⁊ ſui creatoris mortem
Et ſic tenebre facte ſunt in vniuerſa terra. quia dominꝰ lu=
cis mortem paciebatur amarā. Et ille tenebre tribꝰ horis
durauerūt. videlicz a ſexta vſqz ad nonam. quia tā diu do=
minus viuus pendebat in cruce. Et etiam tā diu fuit Adā
in paradiſo. Item iſtum clamorez audiuit templū et veluz
ipiꝰ ſciſſum eſt a ſummo vſqz deorſum. quod vtiqz hūani=
tas nō eſt factum. ſed per dei angelum. Vnde ſi iudei non fu
iſſent mente excecati ⁊ corde īdurati habuiſſent vtiqz mate
riā magne ammiratōis ⁊ timoris ſe ad chriſtuz cōuertēdi
O duri ⁊ indurati iudei vos ſemꝑ deo recalcitraſtis. Notū
ſit vobis omnibus ꝙ ꝑ talem templi ſciſſionez Danielis ꝓ
phecia eſt adimpleta. qui longo āte ꝓphetauit nobis dicēs
Cum venerit ſanctus ſanctorꝫ. id eſt meſſias verꝰ Chriſtꝰ
deus ⁊ homo. tunc ceſſabit vnctio veſtra. Et ecce venit ⁊ in
medio veſtrum cōuerſatus eſt. ſed tanꝙ abortiuum qui ꝓi
citur a matre. ſic ꝓieciſtis euz extra ciuitatem Iheruſalem
in locum caluarie occidendo ipſum crudeliſſime. Et ideo in
morte eius hoc velum magnum ⁊ precioſum ē ſciſſum. ad
deſignandum quia ſcidit a vobis omnem vnctionem regū
videlicz ſummorum pontificum ⁊ ꝓphetarum de quibꝰ ha
buiſtis omnem honorem veſtrum. quoniam oleo ſanctifi=
catōis vngebantur iſta tria genera hoīm. Iſta oīa abſtulit

ab eis deus. Et adhuc incredulus manet iudeus. Item iſtum clamorē audiuit terra et cōtremuit. Nam crucē ī qua creator eius ſuſpēſus fuit graviter ſuſtinuit. oſtēdens ſe paratū eſſe omnes crucifixores eius viuos deglutire. Sicut Dathan et Abiron abſorpti ſunt qui multo minus quā iſti peccauerunt. Sed pietas pendētis in cruce terram hoc facere nō permiſit quia reddere malū pro malo noluit. immo paulo ante patrē celeſtē pro eis exorauit dicens. Pater ignoſce illis etc. Iſtum clamorē audierūt petre et sciſſe ſunt in maximā noſtram cōfuſionē et cordis noſtri duriciā. quia ille creature inſenſibiles et inanimate pro quibus Chriſtus nō eſt paſſus ſibi in eius morte cōpaciebātur. Et nos miſeri homīes creature eius rationales pro quibus filius dei eſt paſſus corda noſtra lapidea ad cōpaciendū ſibi emollire nō poſſumus. immo et duriora ſunt adamāte. qui tamē a calidi hirci frangitur ſanguīe. Itē iſtū clamorem audierūt ſepulchra mortuorum et aperta ſunt. In cuius ſignū debemus corda noſtra aperire et mundare per purā et integrā confeſſionem contritōnem et ſatiſfactōnem ne in cōſpectu dei fetidiores ſimus ſepulchris mortuorum. Unde Bern. Qui ad Chriſti fletū nō turbatur. qui ad eius clamorem nō excitatur. qui ad eius mortem nō cōcutitur. grauior eſt terra. durior petra. fetidior ſepulchro. Cōpaſſio enim illarū creaturatū inſenſibiliū videlicet ſolis. terre. petrarum ac ſepulchrorum magnā nobis preſtat materiam cōtemplādi. cordis noſtri duriciā in confuſionē noſtrā quia ille creature nos dūt precellere in noſtri redemptoris cōpaſſiōe. Quapropter ipſe creature nos in extremo iudicio de ingratitudinis vicio et dei bñficiorum obliuione crudeliter accuſabūt. ¶ Quarto et vltimo cōtemplare quomō Chriſtus dū expirauit mox eius anima deitate vnita ad inferos deſcendit. Cūq; tenebrarum terminum quaſi quidam depredator ſplendidius et terribilis attigiſſet. aſpicientes eum tartaree legiones ac infernorum ianitores ceperūt inquirere. Quis namq; eſt iſte tam

terribilis. Tam fortis et preclarus et niueo ſplendore cho=
ruſcãs. Nam mũd⁹ qui nobis eſt ſubiectus nunq̃ȝ talẽ no
bis mortuũ miſit. Quis eſt ergo iſte. qui fines noſtros tã in
trepide ingredit᷑. ⁊ nõ ſolum noſtra ſupplicia non veretur
ſed etiam alios a vinculis ſoluere conat᷑. O nũq̃ȝ talem no
ſter ſuſcepit infernus. Inuaſor eſt iſte nõ debitor Certe vide
mus iudicem non ſupplicē. Venit nobiſcũ pugnare ſed uõ
ſuccũbere. eripere ⁊ uõ manere. Ubi nãqȝ putatis noſtri prĩ
cipes fuerũt dũ bellator iſte clauſtra noſtra vexabat Iſte
ſi reus eſſet taȝ audax nõ eſſet. Nã ſi deus quid tunc corp⁹
eius in patibulo crucis facit. Si vero homo eſt cur intãtuȝ
preſumit. ſed vere deus et homo eſt. Heu q̃ȝ miſerabiliter ꝑ
iſtum Iheſum nazarenũ decepti ſum⁹. Heu quomõ perit
poteſtas noſtra cunctis populis ſemper formidanda. Poſt
iſtas cruentarũ beſtiarũ voces. mox in ipſos aciem dirigit
per angelos ſuos quĩ euȝ comitabant᷑ dicens. Tollite por
tas principes veſtras ⁊ eleuamĩ porte eternales ⁊ introibit
rex glorie. Quo contra ipi crudelib⁹ vocib⁹ intonãt. Quis
es iſte rex glorie. Contra aiunt angeli. Domin⁹ fortis ⁊ po
tens. dominus potens in ꝑlio. Dominus virtutũ ipe eſt rex
glorie. Tunc ad imperiũ domini omnes porte ſunt ꝯfracte
Et introiuit domin⁹ cũ multitudine angelorum ad limbũ
ſanctorũ patrum. qui mox genubus eius prouoluti iocun=
da voce dicebant. Aduenisti deſiderabilis quem expectaba
mus in tenebris. Deſcendiſti ꝓ nobis ad inferos noli de no=
bis eſſe cũ reuerſus fueris ad ſuperos. Hinc cõtemplare duo
te quantã leticiã ſancti patres cũ dñõ ⁊ angelis eius in lim
bo vſqȝ in diem reſurrectõis habuerunt. Dic ergo in mag
na deuotõe et cordis tui contricione ¶ O domine iheſu chri
ſte inſunde obſecro mihi peccatori multitudinem tue carita
tis. vt nihil terrenum. nihil carnale deſiderẽ. ſed te ſolũ ſuper
omnia diligã vt penit⁹ rẽnuat cõſolari anima mea niſi in
te deo meo dulciſſimo. Scribe digito tuo in tabulis cordis

mei memoriā eoꝝ que pro me ꝑtuliſti nulla vnq̄ꝫ obliuione
deleā da vt ea ſp̄ p̄ oculis habeā et delecter.nō ſolū illa cogita
re ſ₃ etiā ſi neceſſe fuerit ꝑ modulo meo tollerare.⁊dulceſcat
mihi nō ſolū tibi ex oīb⁹ virib⁹ obſeq̄.ſed etiā ꝓpter te ꝯtu=
melijs affici aut certe morte turpiſſiā ſi neceſſe fuerit ꝯdēna
ri Alia contemplatio de maxima caritate quam nobis de
us oſtendit in nobiliſſimo euchariſtie sacrō.Feria quinta

CAro mea vere eſt cibus.⁊ ſanguis meus vere eſt
potus.Qua ꝓpter amantiſſime anime que credi
tis in me.Uenite comedite panem meum ⁊ bibi=
te vinum.i.ſanguinem meū quod miſcui vobis
Hic cōtemplare in deuotione cordis tui et dic intra teipſum
Quis ſum ego vt manducem dominū meum. Cum tamē
Augu.dicat.q̄ peccator nō eſt dignus pane materiali ⁊ cū
ſciam me eſſe peccatorem indignū.quō auſus ſum mandu
care panem angelorum qui deus meus eſt.Deinde cōtem=
plare ſi piā ⁊ humilē habes animaꝫ qualiter Johēs bap=
tiſta oculos apertos habuit ad ip̄m Chriſtū qui tractaṫ in
hoc ſacramēto.qui licꝫ ſanctiſſimus hominū eſſet ⁊ tam pu
rus q̄ inter natos mulierū ſanctior eo nō ſurrexit. Tameꝫ
ad ſoluendū ſuoꝝ corrigiam calciamentoꝝ et ad tangēduꝫ
ei⁹ verticem īdignū ſe reputauit.Unī ſcriptū ē Baptiſta tre
muit ⁊ nō audet tāgere ſctm̄ dn̄i verticeꝫ.De quo Jero. O
iohānes quem cherubin et ſeraphin vix audēt inſpicere tu
audes tangere.ſic ſil'r modo cuilibet celebrāti vel ꝯmūicāti
poteſt dici. O ſacerdos quē cherubin ⁊ ſeraphin vix audēt
iſpicere eundē tu audes tractare ⁊ māducare. Sic dic in de
uotōe magna mentis tue cū beato Jero.qui inextremis ſu=
is cū ſibi corpus Chriſti portabaṫ dixit. Tu es deus meus
qui pro me paſſus es. Cur te domine intantū hūilias vt pa
tiaris ad hominēꝫ deſcendere publicanum et peccatorem.et
nō ſolū vis cum illo manducare.ſed te ip̄m ab ip̄o mandu

¶ Capitulum 

cari iubes. nō ſum domine dignus vt intres ſubtectū meū
Huius rationem ponit beatus Augu. dicens. Horreſcit īfer
nus cōtremiſcit dyabol⁹. ſtupet terra. reueret̄ ꝗ̄ plurimum
āgelica celſitudo. ꝙ idē creator qui creauit te ſine te. ſi phas
eſt dicere creatur mediāte te. O mi deus ꝗ̄ magna ſunt iſta
operra. O ꝗ̄ gratus fuiſſem ſi aliqn̄ guttam vnam taȝ p̄ci
oſi ſanguinis de dilecti mei corpore apertis vulnerib⁹ in os
meum recipere meruiſſem. Nūc aūt diligentiſſima ꝯſidera
tione incipio aduertere ꝙ nō ſolum vnam guttā aut duas
recipio. quinimo totū ſanguinē ipi⁹ pluries ſumſi. ⁊ corp⁹
eius corꝑi meo ſepi⁹ ſociatū ē et etiā ꝯiūctū. O gaudiū ⁊ ex=
ultatō mea immēſa de tā ineffabili gracia mihi ꝑſtita. Be=
ne itaqȝ appellat̄ hoc ſacramentuȝ Euchariſtie. i. ſacramē
tum amoris et dilectōes, quoniā ē ꝯiunctio dilecti cuȝ dilec
to familiaris. Quid ergo ampli⁹ ſcire vis o aīa mea. quid
amplius requiris aut deſideras de tuo dilecto. Certiſſime et
abſqȝ omni dubitatōe ipſum in hoc ſacramēto habes prin
cipaliter ꝗ̄uis inuiſibiliter O cū quāta formidine merito ac
cedendū eſt ad hoc ſacramētum ſanctiſſimum ne forte hoc
quod tibi cedere deberet ad veniam cedat tibi ad ruinā Cer
te omnes veteris teſtamēti ſacerdotes nō tantum dereliq̄ue
runt in eoruȝ ſacrificijs ſicut vnus ſacerdos noui teſtamēti
in vna miſſa poterit peccare. Cuius hec eſt ratio q2 illi in ſa
crificijs eoꝝ mactauerunt vaccas vitulos hircos ⁊c̄. Nos
autem verū deum ⁊ hominem Marie filium immolamus
Jeſum Chriſtum ¶ O quāta eſt diſtantia inter iſta ſacrifi=
cia videlicȝ veteris ⁊ noui teſtamēti. Immo tāta quāta eſt
inter creaturā irracionalē ⁊ deū ⁊ hoīem Jeſum chriſtum
Ach quid dicam ego miſerabilis. q2 nec in venio ī toto mū
do in quo plus offendat̄ deus ⁊ tam frequentius ſicut in
hoc ſacramēto. ab in digne ſumentib⁹. Unde ait Apoſtol⁹
Quicūq2 mādncauerit hunc panem vel biberit calicē do=
mini in digne re⁹ erit corporis et ſanguinis domi. ¶ Et hoc

exponit beatus Ambro. dicens. Qui indigne christū ſumit
idem eſt ac ſi ipm interficeret. Augu. ait. Indignus ſacer=
dos vt eſt cōcubinarius. ſymoniacus. proprietarius. ebrio=
ſus ⁊c̄. quot verba in canone recitat. tociēs in faciem ſalua
toris ſpuit. dum illum leuat tunc impio pugno verberat. dū
diuidit crucifigit. dū vero ſumit in cloacā imundiſſimi ⁊ in
digniſſimi corporis ſui pꝛicit. Hec ille. Qua ppt̄ Scot⁹ dt̄ Miſ
ſa boni ſacerdotis infinite melior eſt q̄ȝ miſſa mali ſacerdo
tis quāuis ſacrificium vtrolibet ſit equale. Ob hoc audi beā
Auguſtinum dicentē. Mallem ſuſtinere penā herodis cay
phe ⁊c̄. vt ſupra habuiſti. Sed miſer quid dicā. Ecce tot ſi=
moniaci inter preſbiteros ſeculares. ⁊ canonicos Tot ppri=
etarij inter clauſtrales. Tot cōcubinarij inter paſtores quo
rum nō eſt numerus. De alijs taceo peccatis multiplicibus
quibus ſacer ordo clericoꝝ obfuſcatur. Horrendum eſt igi=
tur ad ſacerdotium conuolare. niſi quis velit caſte ⁊ ſancte
viuere quod fecerunt āntiqui ſancti patres qui fuerūt ad ſa
cerdotium valde difficiles. Legimus enim in vitaſpatrum
pluſq̄ȝ ducentos monachos fuiſſe ī vno clauſtro. ⁊ vix tres
aut quattuor ex ipſis fuiſſe preſbiteros. Et ſanctus Marc⁹
euangeliſta ſibi pollicem amputaſſe legitur vt ineptus eſſet
ſacerdotio. tantū eñ verebatur corporis domini conſecratio
nem. nuſq̄ȝ legitur de eo q̄ fuerit ſacerdos. ſimiliter de ſanc=
to Franciſco. Quis ſcit ſi predictis patrib⁹ ſanctis timoreȝ
incuſſerit beatus Johānes baptiſta qui inuitatus a domi
no vt eum baptiſtizaret. Ipſe añt timebat ſolū tangere ver
ticem eius. Quanto nos timere debemus cum verū corpus
eius totaliter tractamus ⁊ manducam⁹. Quis eñ noſtrū
fratres cariſſimi nō ingemiſcat et dicat intra ſe. O clemen=
tiſſime deus et veriſſime animarum noſtrarum amator Je
ſu chriſte. quid aut quomodo niſi cogitaſti. q̄ tā magna et
mirabilia opera nobiſcuȝ facere voluiſti. et teipſum totum
ſicut reſides ad dexteram patris in cibum dares noſtraruȝ

animarũ. Dans inſuper nobis tantam poteſtatẽ quaz nec
angelis tradidiſti. O bone Jeſu cur noſtraz preſentẽ ingra
titudinẽ irreuerentiamqz magnam quã tibi in hoc ſacra
mento cõcubinarij proprietarij ſymoniaci cunctiqz crimio
ſi preſbiteri impendunt nõ curaſti. Eſtimo domie q nimia
caritas quã ad nos habuiſti iſta te cõſiderari nõ permiſit
Nam omnia feciſti que debuiſti et potuiſti. vt nos ſoluz ad
tuum amorem accenderes. 7 nihil eorum obmiſiſti. O duri
7 indurati filij. Eue quos nõ emollit tãta caritas omnipo
tentis dei. O plorate 7 lachrimas effundite oculi mei 7 nolĩ
te ceſſare. qm̃ qui me creauit et inſuper ſua morte redemit.
Nũc tã duro corde ſepius tractaui. 7 ignoro numerũ. O mĩ
deus cur te in tantũ humiliaſti. Omnis em̃ creatura ammĩ
ratur de tua humilitate q te in vterũ. ſanctiſſime virginis
incluſiſti que tamen eſt digniſſima omnium creaturarum
Quanto magis ad mirandu eſt q ad me viliſſimũ petõrẽ
te inclinaſti. Quis ergo ego ſum. vt manducem dominũ 7
creatorem meum. O cherubin 7 ſeraphin principat⁹ et po=
teſtates quem vos taz pure cognoſcitis et tã ardẽter ama
tis 7 quẽ nũqȝ offendiſtis. ſed et ſine intermiſſione ſeruitis
Eundem vero ego infirmus peccator totiẽs offendi q neſcio
numerũ petõrum meorum. et tamẽ tam pacienter me tolle=
rauit. 7 ſe a me tractari atqz manducari permiſit. O immẽ
ſe humilitatis et in exhauſte caritatis aſcenſio. Ubi altiſſi=
mus inclinat ſe ad infimum. omnipotens ad vermiculuz
Utinam haberem perfectionem omnium angelorũ 7 ſanc=
torum vt poſſem digne referre graciarumactiões deo meo
altiſſimo. Sed quia nõ licet mihi tacere. ideo dulciſſime mĩ
redeptor Jeſu chriſte immẽſas ac infinitas grãrumactões
referã tibi p tua paterna ſanctiſſima gracia 7 refectõne q
me ĩ digniſſimũ petõrem ſagwine tuo refeciſti et p alijs in=
numeris beneficijs mihi a te collatis. Tibi laus 7 gloria 7
graciarumactio per eterna ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Alia contemplacio de ſeptem effuſionibus ſanguinis
Chriſti multum deuota Feria ſexta meditanda.

Septies xp̄s effudit ſuū ſanguinē ob noſtrā redē-
ptōem. Et hoc contra ſeptē pctā mortalia. ⁊ iſtas
ſeptem ſanguinis effuſioes cū magno dolore cor-
dis tui decet te qualibet feria ſexta mēorare ¶ Pri
mo ergo effudit ſanguinē ſuū ex magna hūilitate contra
ſupbiā ⁊ hoc incircūciſiōe vbi habes ꝯtēplare quātū te di-
lexit. Vix eīn in hāc vallē miſerie ꝑdiīt ſtatim ad viā noſtre
ſalutis currere cepit. qr puer tm̄ octo dieꝝ erat Ipe domin⁹
legis. ſe legi circūciſiōis ſubiecit. q̄ ꝓ hominib⁹ naſcētib⁹ in
peccatis dedit. Hic cōtemplare cur domin⁹ ſit circūciſus. Et
illius ſunt plures cauſe. ¶ Pria vt ꝓbaretur veritatem ſue
vere humanitatis ꝯtra fantaſticā que eſt vmbra ⁊ que nō
cōtinet in ſe ſaguinē. ¶ Secunda vt oſtenderet ſe de ſemine
Abrahe eſſe cui data eſt circūciſio et facta eſt repromiſſio in
ſemine tuo. id eſt in domino noſtro Jeſu chriſto benedicēt
omnes gentes. ¶ Tercia vt daret nobis occaſionē obedien
di ſuis preceptis ad que tenemur. qm̄ ipſe obediuit propter
nos legi circūciſionis ad quaꝫ nō tenebatur ¶ Quarta vt
dyabolo miſterium ſue incarnacōis celaret ¶ Quita vt iu
deis excuſationem eum nō audiendi tolleret ne dicerēt. Diſ
ſimilis es patribus. quia incircūciſus et legem nō obſeruas
ideo te nō audiemus. Hic etiam contemplandum eſt ꝙ ille
guttule ſanguinis. immo vna ſola ſuffeciſſet. vt dicit Bern
pro tocius generis humani ſalute. ⁊ hoc ꝓpter diuinuꝫ ſup
poſitum. ſed ipſi domino nō ſuffecit. quia nos maxime ad
amauit. Et ideo ꝓ nobis aliunde ſaguinem ſuum effunde-
re voluit. ſicut et fecit. quatenus pater celeſtis viceuerſa ſup
nos copioſiſſime miſcdiaꝫ funderet ⁊ grāꝫ In quib⁹ ſupra
modū neceſſarij ſum⁹ ꝓpter pronitatem ad maluꝫ ⁊ tardi
tateꝫ ad bonum, quod vtiqꝫ celeſtis pater optime cognoſcit

¶ Capitulum 

¶ Immenſas igit̃ tibi refero graciarũ actiões benigniſſi-
me dñe Jeſu xpe ꝑ iſta prima effuſiõe ſanguinis. Et rogo
te ꝓpter illã quaten⁹ velis me ſpũaliter circũcidere. vꝫ cogi
tatões malas de corde. verbaqꝫ criminoſa ⁊ mala de ore. et
de quinqꝫ ſenſib⁹ meis oĩa opera mala. vt ſic ſpũali circum
ciſione purificatus tibi ſim placens.

¶ Secunda Effuſio.

Secundo effudit ſanguinẽ ſuũ ex magna carita-
te contra inuidiã. Et hoc in monte oliueti. Appro
pinquante enim hora paſſionis ſue factus eſt in
agonia. i. in certamine mortis. Humanitas enim
quã aſſumpſit vehemẽter mortẽ et penã eius abhoruit. Sꝫ
ita fortiter Chriſtus cũ humana infirmitate pugnauit ꝙ
fact⁹ eſt ſudor eius ſaguineus decurrẽs in terram Bern̄. ait
Tã copioſe fuiſſe effuſũꝫ talẽ ſudorẽ vt etiã terrã rigaret et
veſtimẽta. vt ſic nõ ſolũ oculis. ſed oĩbus mẽbris vidert la-
chrimaſſe. vt videlicꝫ ſuis lachrimis oĩa mẽbra lauarꝫ eccle
ſie. Hic ſta et in dolore cordis tui cõtemplare amariſſimam
ſaguinis effuſionẽ. que inter omnes penas fuit acerbiſſima
⁊ atrociſſima. eo ꝙ fuit ſupnaturalis. Nam ſudare ſanguĩ
nẽ pre anguſtia ⁊ anxietate. eſt ſup naturam hominis. Vix
eñ eſſet credibile alicui homĩ ſub celo viuẽti quales ãguſti-
as ⁊ tam vehemẽtes et terribiles mortis preſſuras pateret
natura delicata mortem horrẽdo ⁊ preuidendo. et tunc ſen-
ſerit eur hoc. q꞉ ipẽ erat deus ⁊ homo. ideo omnia mala que
erant ſup eum futura ſingulariſſime ⁊ principaliter ſciuit
Et humanitas ei⁹ cepit pauere ⁊ tedere ꝓpter ĩfinitã ⁊ ma-
gnam mortis ei⁹ penã. Hic contẽplare ꝙꝫ amara ⁊ penalis
fuit mors ei⁹ in ſe. ex q̃ ſola p̄meditatio mortis ei⁹ ipm coe-
git ſudare ſanguinẽ ex omni pte corpis ſui ex medullis oſſi
uꝫ ſuoꝝ cõtra omnẽ humanã naturam. Nam ſi vnus ma
leſactor ducit̃ ad rotandum. ipſe ignorat ꝙꝫ amara eſt ſua
pena. Jſte autem ieſus chriſtus deus ⁊ homo preſciuit om-

nem penam et magnitudinem ⁊ profunditatem vulneruꝫ
et numerum eorum ſm diuinitatem quā infirma humani
tas pro nobis aſſumpſit ⁊ ſupra modum abhorruit. Sed
caritas nimia qua nos dilexit in eo maior fuit que illaꝫ hu
manam infirmitateꝫ ſuperauit ſm ꝙ ad diſcipulos ſuos di
xit. Spiritus quidem promptus eſt. Caro autem infirma.
Heu me miſerum peccatoreꝫ vbi ſunt lachrime mee de ocu
lis meis fluentes cum tu domīe deus meus lachrimas fun
dis ſanguineas de toto corpore tuo O mi deus peto te vt cor
meuꝫ duriꝰ adamāte ad lachrimas vberrimas velis mol
lificare. Eſt em̄ verecundia mihi nō modica dominū deuꝫ
meū pro me ſudore ſanguineo perfuſum videre et me viliſſi
mum peccatorem ſine lachrimis oculorum meorum ꝑ tran
ſire. Qua propter dic ī deuotōne cordis tui. ¶ O mi domine
Jeſu chriſte rogo te vt per hanc acerrimam ⁊ ſupnatura=
lem penam tuam concedas mihi ſemꝑ pre oculis meis ha
bere. cū magna et ſufficienti ꝯtritōe omnia mala que geſſi
bona que obmiſi ⁊ benefacere potui. penam inferni quam
incurri. ⁊ gaudia celeſtia que amiſi. qm̄ te dominū deū me
um ſepiſſime grauiter offendi. vt poſſim flere et tecum cōtri
ſtari. meaqꝫ mala penitere ⁊ te mihi reconciliari. vt tecū in
eterna beatitudine gaudeam ſine fine. Amen.

## ¶ Tercia Effuſio.

TErcio effudit chriſtus ſaguinē ſuum ex magna
pietate contra iram. Et hoc in flagellatione Juſ
ſit enim Pilatus dominū a miniſtris nuduꝫ ad
ſtatuam vnam grandē ligari. Et eū cū nodatis
virgis ⁊ atrociſſimis flagellis ſatis amariſſime flagellari
Hic cōtemplare quomodo rex glorie vulneratur ꝓpter pec
cata noſtra in dorſo in lateribꝰ innumeris plagis. Et pote
rat tunc dominus dicere lamentabiliter illᵭ Pſal. Supra
dorſum meū fabricauerūt peccatores vͣgis ⁊ flagellis atro
ciſſimis prolongauerūt iniquitates ſuas. qꝛ ſaguis deitate

plenius defluebat et confluebat sup terrã in maximũ peccatũ eorũ. Et hoc in omni paciencia et caritate suſtinuit. qz nec verbum nec aliquod ſignũ inpaciencie aduerſus illos maledictos canes oſtendit. Bern. ait. Fons iuſticie flagellatᷓ ꝑ iniquis ab iniquis vt oſtendat magnitudinẽ ſue caritatis qz vulnerũ ſtigmata ſunt ſumme dilectõis ſigna. O ꝙ habũde ille precioſus ſanguis ꝓfluxit per dorſuz et ſacra latera innocentis filij dei. in quo nullius reatꝰ oĩno potuit inueniri Propter qd̓ ꝓpheta ait. Sine cauſa flagellis ceciderũt me. Voluit aũt dominꝰ flagellari. vt ſua nos flagellatõe a flagellis demonũ liberaret ꝑpetuis. Diſce ergo o homo pacienter ſufferre flagella dei. que tibi ꝑ ſe vel ſuos miniſtros infligere curat. Et conſidera qꝫ hic ſine flagellis de mundo non exiuit deus tuus Jeſus Chriſtus qui ſine peccato fuit Clamabis ergo lacrimoſis oculis ad dominum deum tuũ dicens. ¶ O beninniſſime Jeſu vt mihi tẽpore iuſticie parcere poſſis. hic tpe gratie et miſericordie peto me flagellare velis. Et clama cũ beato Augu. Hic vre hic ſeca quatenꝰ ĩ eternum mihi parcas. et hoc in miſericordia et miſeratõibꝰ tuis multis. et nõ intres in iudiciũ cum ſeruo tuo. quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

¶ Quarta Effuſio.

Quarto igitur effudit ſanguinem ſuum ex magna ſobrietate contra Gulam. et hoc in Coronatione. Nam in flagellatione pepercerunt forſitan capiti. Ne ergo caput ſine afflictione pertranſiret cogitabant quomodo etiam caput ſuum vulnerarent. Et hoc ſic fecerũt. Nam primo induebant eum antiqua purpurea. quia dixit ſe eſſe regem. Secũdo locant eũ ſup regale cathedrã. Tercio plectẽtes coronã nõ de auro vl̓ argẽto aut gẽmis ꝓcioſis. ſed de ſpinis marinis. q̃rum aculei ſunt accuti duri et penetratiui poſuerũt illã ſup caput eiꝰ ꝓ dyademate regali. totũ caput tegentẽ ꝑter faciẽ. Et hoc nõ ſo-

lum ad confuſionem ⁊ deriſionē. ſed capiti eius in maximā
penam. Quarto offerunt ſibi arundinem pro ceptro regio
in manu ſua. et flectētes genua ſua coram ipo. yronice ſalu
tabant eum. Aue rex iudeorū. quaſi dicerent regnare volu-
iſti. ſed nō potuiſti. Quinto dantes ſibi alapas. ſpuebant in
faciem ei⁹ tanq̄ȝ in contemptibilem ⁊ vilem perſonaȝ. Sex
to furibunde reaccipientes harundinem de manu ſua cuȝ
ea venerandum caput crudeliter feriūt ſpineam coronam
fortiter eius. capiti imprimētes. ſic q̄ ſpine iſte inter cutem ⁊
cerebri teſtam tranſierunt. immo alique per ipſam teſtam
vſq̄ȝ ad viuū cerbrum in penam maximam. Bernh. enim
ait. q̄ teſta cerebri ſit per tales ſpinas marinas bene pfora
ta. ſed non ſit confracta. ita vt ſanguis flueret p frontē col
lum ⁊ genas ex vna parte. ſputū vero iniquorū ex alia pte
Et ſic vidimus eum nō habentem ſpeciem. ¶ Ecce ſi delis
anima. quomodo ſponſus tuus ſpecioſa forma pre filijs ho
minū crudelibus ſpinis coronatus ē. quibus coronauit euȝ
impia mater ſynagoga ſua. Et quomō pro te quaſi lepro
ſus. et nouiſſim⁹ virorum eſtimatus eſt. Ut te ab eterna eri
peret cōfuſione. Dic ergo in deuotione cordis tui. ¶ O do-
mine Jeſu Chriſte tibi graciarum actiōes pro iſta ſangui-
nis effuſione offero inmenſas. Et rogo te quatenus velis
me in hac vita gracia tua coronare. vt ſit mecū in omnib⁹
agendis. Retrahēdo me a malis. et dirigendo me in viam
ſalutis. Ut tandem venire poſſim ad glorie coronam in ce
leſti patria promerendam. Amen.

¶ Quinta Effuſio.

Quinto effudit Chriſt⁹ ſanguinē ſuū ex magna
pauptate ↄtra auariciā. ⁊ hoc ī exuēdo veſtimēta
ſua in loco caluarie. Ibi. n. oībus videntib⁹ expoli
at ſuis veſtib⁹ cū maxio dolore. q2 veſtis iterior ei
maxime ad herebat in vulnerib⁹ flagellatōis. Hic cōtēpla
re q̄ illa veſtiū expoliatō fuit vna de magnis xpi paſſiōib⁹

Nā veſtis illa interior nimis innixa fuit vulneribꝰ flagel=
lorum. Unde quando dominꝰ illa tunica violēter fuit ex
ſpoliatus. mox in eo renouata ſunt omnia vulnera. Et hec
fuit grauior cruciatio ꝙ̄ actualis flagellatō. Uerbi gracia
ſi em̄ modica lana aut panniculus in recēti vulnere conge
latur ⁊ inde violenter extrahitur. longe maior quā in pria
vulneratōe dolor ſentitur. Sʒ cogita quanti fuerint dolo=
res cum tunicam iſtam ex multis vulneribꝰ vehemēter ex
traxerunt illi immites ribaldi ⁊ crudeliſſimi viri. O anima
mea ꝑpende ꝙ ille qui omnia que in celis et ī terra ſunt ve
ſtit et decorat coram omni populo pro te nudꝰ ſtat. nō hn̄s
quo ſolum locū nature tegat. Cui ſua meſtiſſima mater pe
plum de capite creditur porrexiſſe. quo circūdati ſunt lumbi
eiꝰ. Et differt iſta d̄nudatio a prima in pretorio facta. quia
ibi denudabat̄ coram preſide et ſuis militibus. hic aūt corā
omni populo viris et mulieribus. paganis et iudeis. ami=
cis et inimicis. Alibi exuebat̄ ad flagellandū. Hic autē ad
crucifigendū. Hic deuota mente quere a domino cuʒ beato
